d) genet.; α): quod fere fit, quibus quisque ⟨*CC*⟩ in locis miles inueterauerit, ut multum earum regionum consuetudine moueatur: 1, 44, 3; ¶ (Aquitaniam,) quae pars, ut ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum † ex tertia parte Galliae ⟨gallia *AQB*⟩ est aestimanda ⟨*u. CC*⟩: III 20, 1; ¶ huc accedebant collecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitimarumque regionum: 3, 110, 3; ¶ milites earum regionum omnium: 3, 61, 2 *u.* **b)** tenere; ¶ huius est ciuitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum: III 8, 1; (3, 15, 1 *u.* terra;) ¶ qui cum magnae partis harum regionum ⟨regionum harum β⟩, tum etiam Britanniae imperium obtinuerit: II 4, 7; ¶ praedones: 3, 110, 3 *u.* latrones; ¶ cunctae earum regionum praefecturae libentissimis animis eum recipiunt: 1, 15, 1; ¶ principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controuersiasque minuunt: VI 23, 5; cuius prouinciae ab ea parte, quae libera appellabatur, Menedemus, princeps earum regionum, missus legatus omnium suorum excellens studium profitebatur: 3, 34, 4; ¶ Bibulus . . . sicuti mari portibusque Caesarem prohibebat, ita ipse omni terra ⟨ipse ora maritima *Paul*⟩ earum regionum prohibebatur: 3, 15, 1.

β): interim Trinobantes, prope firmissima earum regionum ciuitas, . . . legatos ad Caesarem mittunt: V 20, 1; ¶ medium . . regionum earum: IV 19, 3 *u.* **b)** obtinere; ¶ Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum magno proposito praemio cum litteris mittit: 1, 17, 1; qui erant pabulandi aut frumentandi causa progressi, hos leuis armaturae Lusitani peritique earum regionum caetrati ⟨*del.*

Digitized by Google

Paul⟩ citerioris Hispaniae consectabantur: 1, 48, 7.

e) abl.: Cassiuellaunus . . . iis ⟨*e*⟩ regionibus, quibus nos iter facturos cognouerat, pecora atque homines ex agris in siluas compellebat: V 19, 1; — nuntiosque ad eum celeriter mittit, quibus regionibus exercitum exposuisset: 3, 29, 4.

(1, 25, 3 *u.* f) α).)

f) c. praep.; α) ab: Domitius per se circiter XX cohortes Alba ⟨Albam *Göler*⟩, ex Marsis et Paelignis, finitimis ab regionibus coegerat: 1, 15, 7; ¶ comportare: 3, 42, 2 *u.* b) tenere; ¶ quo facilius omne Hadriaticum mare ab ⟨*add. Paul*; occupatis *add. Pluyg.*; *om. z*; *edd.*⟩ extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae in potestate haberet atque ex utraque parte bellum administrare posset: 1, 25, 3; ¶ (haec insula . . . a superioribus regibus ⟨*O*¹; regionibus *z*; *edd.*⟩ in longitudinem passuum DCCCC in mare iactis molibus angusto itinere *ut ponte cum oppido coniungitur: 3, 112, 2.)

(VII 13, 3 *u.* ε).)

β) contra: auxilia ex Britannia, quae contra eas regiones posita est, arcessunt ⟨auxilia . . . arcessunt *om.* β⟩: III 9, 10.

γ) ex; αα) pendet ex uerbis: ipsi ex finitimis regionibus copias cogere . . . coeperunt: VII 55, 9; ¶ frumenti uim maximam ex Thessalia, Asia, Aegypto, Creta, Cyrenis reliquisque ⟨que *om. l*⟩ regionibus ⟨reliquisque reg. *aut delend. aut accuratius definiend. censet Kraff.*⟩ comparauerat: 3, 5, 1; ¶ item ex finitimis regionibus quas potest contrahit cohortes ex dilectibus Pompeianis: 1, 15, 5; ¶ frumentum ex finitimis regionibus atque ⟨ex *add. O*¹; *edd.*; in *add. afh*; *om. l*⟩ omnibus castellis in urbem conuexerant ⟨euex. *a*¹⟩: 1, 34, 5; ¶ (Gallicis nauibus,) quas ex Pictonibus ⟨*e*⟩ et Santonis reliquisque pacatis regionibus conuenire iusserat: III 11, 5; huc naues undique ex finitimis regionibus . . . iubet conuenire: IV 21, 4; ¶ qui nisi decedat atque exercitum deducat ex his regionibus, sese illum . . . pro ⟨*e*⟩ hoste habiturum: I 44, 11; ¶ (euocare: III 20, 2 *u.* e);) ¶ relinquebatur, ut ex longinquioribus regionibus Galliae Picenique et a freto naues essent exspectandae: 1, 29, 2; ¶ est enim ⟨*e*⟩ hoc Gallicae consuetudinis, uti et uiatores etiam inuitos consistere cogant . . . et mercatores . . . uulgus circumsistat quibusque ex regionibus ueniant quaeque ibi res cognouerint pronuntiare cogat ⟨*e*⟩: IV 5, 2.

ββ): tantusque terror incidit eius exercitui ⟨*e*⟩ . . ., ut paene omnes ex ⟨*Jurin.*; in *z*⟩ Epiro finitimisque regionibus signa relinquerent, complures arma proicerent: 3, 13, 2.

γγ): quod . . . grauis autumnus in Apulia circumque Brundisium ex ⟨et *a*⟩ saluberrimis Galliae et Hispaniae regionibus omnem exercitum ualetudine temptauerat: 3, 2, 3.

δ) in c. acc.: prius ad continentem uisus ⟨*e*⟩ est Caesar, quam de eius aduentu fama omnino in eas regiones perferretur: 3, 7, 3; ¶ illi omnia experti . . . reuerti se in suas sedes regionesque simulauerunt: IV 4, 4.

ε) in c. abl.: oppidum Auaricum, quod erat maximum munitissimumque in ⟨a β⟩ finibus Biturigum atque agri fertilissima regione: VII 13, 3; ¶ cuiusque auctoritas in his ⟨is *BM*⟩ regionibus magni habebatur: IV 21, 7; ¶ nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum: V 12, 5.

ζ) per: ubi . . . inlustrior incidit res, clamore per agros regionesque significant: VII 3, 2.

η) praeter: IV 20, 3 *u.* a) esse.

Agri regionesque: VII 3, 2; regiones atque pagi: VI 23, 5; regiones partesque: VI 43, 6; (1, 25, 3;) sedes regionesque: IV 4, 4.

Adiect.: aequissimae: VII 74, 1; aliae: VI 43, 6; diuersae: VI 25, 3; extremae: 1, 25, 3; fertilissima: VII 13, 3; finitimae *u.* **finitimus** *p. 1308 sq. (7 loc.)*; latissimae: 3, 44, 2; longinquiores: 1, 29, 2; maritima(e): V 14, 1; — V 12, 5; media: VI 13, 10; mediterraneae: V 12, 5; (omnis: V 14, 1;) omnes: IV 21, 9; 3, 42, 2; 61, 2; pacatae: III 11, 5; propinquae: 3, 34, 2; recta: VI 25, 2; VII 46, 1; reliquae: III 11, 5; 3, 5, 1; saluberrimae: 3, 2, 3; (suae: IV 4, 4;) (superiores: 3, 112, 2.)

regius. 1. **adiect.:** regem ut in sua potestate haberet Caesar *effecit magnam[que] regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans et ut potius priuato paucorum et latronum ⟨*CC*⟩ quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; ¶ amici regis . . . timore adducti, . . . sollicitato exercitu regio ne ⟨ne soll. exerc. regionem *O*⟩ Pompeius Alexandriam Aegyptumque occuparet: 3, 104, 1; subito exercitus regius equitatusque omnis uenire Alexandriam nuntiatur: 3, 109, 1; ¶ Alexandriae . . . concursum ad se fieri uidet, quod fasces anteferrentur. in hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui praedicabat: 3, 106, 4; ¶ in hoc tractu

Digitized by Google

oppidi pars erat regiae ⟨*CC*⟩ exigua . . . et theatrum coniunctum domui, quod ⟨*del. EHfm.; Db.*⟩ arcis tenebat locum aditusque habebat ad portum et ad † reliqua ⟨regia *Morus;* regiae *Paul*⟩ naualia: 3, 112, 8; ¶ nomen: 3, 109, 6 *u.* consilium; ¶ cum singuli magistratus antiquitus creari atque regiam potestatem annum ⟨annuam β⟩ obtinere consuessent: VII 32, 3; ¶ Achillam ⟨in *add. z*⟩, praefectum regium, ⟨singium (signium a^1) *add. z*⟩ singulari hominem audacia, et L. Septimium . . . ad interficiendum Pompeium miserunt: 3, 104, 2.

2. (subst.) regia: in hoc tractu ⟨*Faern.;* nec tractu *z;* haec tractu *Np.;* nec tractus *E. Hoffm.; Db.*⟩ oppidi pars erat regiae ⟨regia *O; Db.; E. Hfm.*⟩ exigua, in quam ⟨in qua *O*⟩ ipse habitandi causa initio erat inductus: 3, 112, 8; ¶ filia minor Ptolomaei regis uacuam possessionem regni sperans ad ⟨*c*⟩ Achillam ⟨*c*⟩ sese ex regia traiecit: 3, 112, 9.

regno: tertium iam hunc (Tasgetium) annum regnantem inimici ⟨*c*⟩ palam ⟨*c*⟩ multis ex ciuitate auctoribus ⟨*c*⟩ interfecerunt ⟨*u. CC*⟩: V 25, 3; (ne qua ⟨*c*⟩ oriatur pecuniae ⟨regnandi *Hartz*⟩ cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur: VI 22, 3.)

regnum. A. = regium imperium, regia dignitas, dominatio; a) obl.: Vercingetorix, . . . cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat et ob eam causam, quod regnum adpetebat, a ⟨*c*⟩ ciuitate erat interfectus ⟨*c*⟩: VII 4, 1; ¶ se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat: I 3, 7; ¶ Dumnorix dixerat sibi a Caesare regnum ciuitatis deferri: V 6, 2; ¶ persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu . . . amicus appellatus erat, ut regnum in ciuitate sua occuparet, quod pater ante habuerat ⟨quod . . . habuerat *del. Kraff.;* habuerat *om. h*⟩: I 3, 4; regnum illum (Vercingetorigem) Galliae malle Caesaris concessu quam ipsorum habere beneficio: VII 20, 2; ¶ obtinere *u.* **obtineo** *p. 874* **A. a)** *et* **B.** *(5 + 1 loc.);* ¶ occupare *u.* **occupo** *p. 880* **α)** *(3 loc.);* ¶ cuius (Mandubracii) pater in ea ciuitate regnum obtinuerat ⟨tenuerat β⟩ interfectusque erat a Cassiuellauno: V 20, 1.

b) genet.: is (Orgetorix) M. Messala et M. ⟨*c*⟩ Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit: I 2, 1; (Dumnorix) cupiditate regni adductus nouis rebus studebat: I 9, 3; ¶ filia minor Ptolomaei regis uacuam possessionem regni sperans ad ⟨*c*⟩ Achillam ⟨*c*⟩ sese ex regia traiecit unaque bellum administrare coepit: 3, 112, 9; ¶ procuratio (3, 104, 1), (procurator (3, 112, 11)) *u.* **B. c).**

c) c. praep.: imperio populi Romani non modo de regno, sed etiam de ea quam habeat gratia desperare (Dumnorigem): I 18, 9.

B. = imperii fines; a) obl.: legem promulgauerat, qua lege regnum Iubae publicauerat: 2, 25, 4.

b) dat.: qui (Aduatuci) erant eius regno finitimi: V 38, 1.

c) genet.: (curatio: 3, 104, 1 *u.* procuratio;) ¶ qui (Ambiorix et Catuuolcus) cum ad fines regni sui Sabino Cottaeque praesto fuissent: V 26, 2; ¶ amici regis, qui propter aetatem eius in procuratione ⟨*fhl; Db.;* curatione *a; Np., Dt.*⟩ erant regni, . . . palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1; erat in procuratione regni propter aetatem pueri nutricius eius, eunuchus, nomine Pothinus: 3, 108, 1; ¶ (Pothinus ⟨nutricius pueri et procurator regni, in parte ⟨partem *a;* partes h^1⟩ Caesaris *add. codd.; Np., Dt.; del. FHfm.; Db.*⟩, cum ad Achillam nuntios mitteret . . ., a Caesare est interfectus: 3, 112, 11.)

d) abl.: regno expellere *u.* **expello A. a)** β) *p. 1229 (3 loc.).*

e) c. praep.; α) in c. acc.: praemittere: 2, 44, 2 *u.* remittere; ¶ (Iuba) quae fieri uellet Vticae constituit atque imperauit diebusque ⟨*c*⟩ post paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit: 2, 44, 3; ¶ inueterauerant hi omnes compluribus Alexandriae bellis, Ptolomaeum patrem in regnum reduxerant: 3, 110, 6; ¶ quarum cohortium milites . . . Iuba conspicatus suam esse praedicans praedam ⟨*c*⟩ magnam partem eorum interfici iussit, paucos electos in regnum remisit ⟨praemisit *Hartz*⟩: 2, 44, 2.

β) in c. abl.: audit Iubam reuocatum finitimo bello et controuersiis Leptitanorum restitisse in regno: 2, 38, 1.

C. = domus regia, reges: Caesar . . . cum audisset Pompeium Cypri uisum, coniectans eum **in* Aegyptum iter habere propter necessitudines regni ⟨regum *Pluyg.*⟩ reliquasque eius loci oportunitates, cum legione . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1.

rego. A. propr.: quod tantas tempestates Oceani tantosque impetus uentorum sustineri ⟨sustinere α⟩ ac tanta onera nauium regi

Digitized by Google

uelis non satis commode posse ⟨*om.* β⟩ arbitrabantur: III 13, 6.

B. trsl.; a): habent opinionem . . . Iouem imperium caelestium tenere, Martem bella regere ⟨gerere *M²h*⟩: VI 17, 2.

b): Scipionem ea esse auctoritate, ut non solum libere quae probasset exponere, sed etiam ex magna parte compellare ⟨*e*⟩ atque errantem regere ⟨corrig. *f*⟩ posset: 3, 57, 3.

regredior: (milites) in locum iniquum progressi rursus ⟨regressos ac *add. B²(a?)fh*⟩ resistentes hostes redintegrato proelio in fugam coniecerunt ⟨*e*⟩: II 23, 2; ¶ (ipse (Caesar) paulum ex eo loco cum legione progressus ⟨regressus *Göl.*⟩, ubi constiterat, euentum pugnae exspectabat: VII 49, 3;) — in illum (Pulionem) uniuersi ⟨*e*⟩ tela coiciunt neque dant regrediendi ⟨progrediendi β⟩ facultatem: V 44, 6; ¶ illi autem hoc acrius instabant neque regredi nostros patiebantur: 3, 45, 5.

regula: ad extremum musculi tectum ⟨tectique *af*⟩ trabesque ⟨que *om. Oa*⟩ extremas quadratas regulas IIII patentes digitos defigunt, quae lateres, qui super musculo ⟨*P. Man.*; musculos *x*; *del. Np.*⟩ struantur, contineant: 2, 10, 4.

reicio. A. = iacere alqd eo, unde uenit: Caesari nuntiatum est equites Ariouisti . . . lapides telaque in nostros coicere. Caesar . . . suis . . imperauit, ne quod omnino telum in hostes reicerent: I 46, 2; ¶¶ ibi cognoscit LX naues . . . tempestate reiectas cursum tenere non potuisse atque eodem, unde erant profectae, reuertisse: V 5, 2; uti . . . perpaucae (naues) locum caperent, reliquae fere omnes reicerentur ⟨β; reficerentur α⟩: V 23, 4.

B. = repellere; a) propr.: ipsi confertissima acie ⟨confert. ac. *del. Paul*⟩ reiecto nostro equitatu phalange facta sub primam nostram aciem successerunt: I 24, 5; ¶ (hostes ⟨*e*⟩ in fugam coniecti se ipsi multitudine impediunt atque angustioribus portis relictis ⟨reiecti *Paul*⟩ coartantur ⟨*e*⟩: VII 70, 3;) ¶¶ crebrae . . . eruptiones fiebant . . . ignesque aggeri . . . inferebantur; quae facile nostri milites repellebant magnisque ultro inlatis detrimentis eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum reiciebant: 2, 2, 6; ¶ (Caesar ueritus, ne (nostri) non reducti, sed deiecti ⟨*NOx*; reiecti *recc.*; *edd.*⟩ uiderentur maiusque detrimentum caperetur, . . . tuba signum dari . . . iussit: 3, 46, 4;) ¶ occisis ad hominum milibus quattuor reliqui in oppidum reiecti sunt: II 33, 5.

b) trsl. (= abigere, extrudere, relegare): qui, si per te liceat, perendino die cum proximis hibernis coniuncti communem cum reliquis belli casum sustineant, non reiecti et relegati longe a ⟨*e*⟩ ceteris aut ferro aut fame intereant: V 30, 3.

C. = post tergum iacere: hostes repente . . . procurrerunt, ut spatium pila ⟨*o*⟩ in hostes coiciendi non daretur. reiectis ⟨relictis *B²β*⟩ pilis comminus gladiis pugnatum est: I 52, 4.

D. = delegare, deferre, transferre (trsl.): *Libo neque legatos Caesaris recipere neque periculum praestare eorum, sed totam rem ad Pompeium reicere. unum instare ⟨reicere unum; instare *Paul*⟩ de indutiis uehementissimeque contendere: 3, 17, 5.

[**Falso:** qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat ⟨reiciebat *NOx*⟩: 3, 27, 1.]

(reiculus: hunc facilem et cotidianum nouisse sermonem nunc pro relicto est habendum ⟨num pro reiiculo est habendum? *Madu.*; *Eberh.*⟩: *ap. Cic. Brut.* 253.)

relanguesco: (Neruios) nihil pati uini reliquarumque rerum ad ⟨*e*⟩ luxuriam ⟨*e*⟩ pertinentium ⟨*o*⟩ inferri, quod his ⟨*e*⟩ rebus relanguescere animos ⟨eorum *add.* α; *Schn., Db., Fr.*; *om. (a?h?) Np., Dt., Hold.*⟩ et ⟨*e*⟩ remitti uirtutem ⟨*o*⟩ existimarent: II 15, 4.

relego: V 30, 3 *u.* **reicio B. b).**

religio. *Cf. Divers, Sur la religion des Gaulois. (Congrès scientifique de France. 3ᵉ session, p. 212 sqq.) Douai 1836. 8°.*

A. pertinet ad res diuinas; a) = hominum in deos officia: illi (druides) rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur: VI 13, 4; — neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione ⟨relegione *A*⟩ aut capta apud ⟨*e*⟩ se ⟨*e*⟩ occultare aut posita tollere auderet: VI 17, 5.

b) = superstitio: natio est omnium ⟨omnis β; *Np., Fr.*⟩ Gallorum admodum dedita religionibus ⟨releg. *A,Bpr.*⟩: VI 16, 1.

c) = iuris iurandi fides; α) subi.: sic *terror *oblatus a ducibus, crudelitas in supplicio, noua religio iuris iurandi spem praesentis deditionis sustulit mentesque militum conuertit et rem ad pristinam belli rationem redegit: 1, 76, 5.

β) obl.: relinquitur ⟨fingitur *Paul*⟩ noua religio ⟨*om. a*⟩, ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditione ducis et capitis deminutione sublatum est: 2, 32, 9.

γ) dat.: nocturnaque proelia esse uitanda, quod perterritus miles in ciuili dissensione

Digitized by Google

timori magis quam religioni consulere consuerit ⟨*e*⟩: 1, 67, 3.

δ) e. praep.: tirones . . . iure iurando accepto nihil iis ⟨*e*⟩ nocituros hostes se Otacilio dediderunt. qui omnes ad eum perducti ⟨*e*⟩ contra religionem iuris iurandi in eius conspectu ⟨*e*⟩ crudelissime interficiuntur: 3, 28, 4.

B. = scrupulus; a) obl.: plerique nouas sibi ex loco religiones fingunt: VI 37, 8; ¶ non . . . recordabantur, quam paruulae saepe causae uel falsae suspicionis uel terroris repentini uel obiectae religionis magna detrimenta intulissent: 3, 72, 4.

b) abl.: (Dumnorix) petere contendit, ut in Gallia relinqueretur, partim quod insuetus nauigandi mare timeret, partim quod religionibus impediri sese diceret ⟨sese dic. imped. β⟩: V 6, 3; ¶ ut (Pompeius), si peracto consulatu ⟨*e*⟩ Caesaris non ⟨*e*⟩ profectus ⟨*e*⟩ esset, nulla tamen mendacii religione obstrictus uideretur: 1, 11, 2.

[Falso: tali modo uastatis ⟨factis β⟩ regionibus ⟨religionibus β⟩ exercitum Caesar . . . reducit: VI 44, 1.]

religo: si quando nostri facultatem nacti ferreis manibus iniectis nauem ⟨nauim *af*⟩ religauerant, undique suis laborantibus succurrebant: 2, 6, 2; (neque naues ad terram deligandi ⟨*Pluyg.*; religandi *z*; *edd.*⟩ potestas fiebat: 3, 15, 2;) ¶ easque (storias) ex tribus partibus . . . in ⟨*add. Paul*⟩ eminentibus ⟨immin. *hl*⟩ trabibus circum turrim ⟨*e*⟩ praependentes religauerunt: 2, 9, 4; ¶ eo super tigna bipedalia iniciunt eaque laminis clauisque religant: 2, 10, 3; ¶ supraque ea tigna derecto ⟨*e*⟩ transuersas trabes iniecerunt easque ⟨*e*⟩ axibus religauerunt: 2, 9, 2.

relinquo. I. Forma: relincunt *scriptum est in Q* V 49, 1; relinqunt *in Ba* VI 35, 10, *in Al* VII 42, 1, *in a* III 6, 1; — relinquid *inuenitur in BM* (reliquid *in A*) VI 38, 4, *in AQ* VI 6, 4, *in a* 3, 29, 3; reliquid *extat in Bpr., Qa* I 49, 5, *in BQ* V 11, 7, *in Bpr. Q* I 51, 1, *in Aa* V 2, 3, *in AQ* VI 32, 5, *in Q* II 5, 6, *in a* 1, 41, 2 *et* 2, 24, 2 *et* 3, 67, 2, *in l* VII 34, 2.

II. Significatio; A. = *καταλείπειν* (zurücklassen); a) ita, ut ipse discedat, qui alqd relinquit; *α*) additur obiectum; *αα*) appellat.: (auxilia: I 49, 5 *u.* partem;) ¶ (Varus) terrore exercitus cognito bucinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis ⟨-li *z*⟩ relictis . . . exercitum in oppidum reducit: 2, 35, 7; ¶ cohortes *u.* **cohors** *p. 591 sq. (15 (18) loc.)*; ¶ subductis nauibus . . . easdem copias quas ⟨quae β⟩ ante praesidio nauibus ⟨fuerant *add.* β⟩ relinquit ⟨*hk*; reliquit *αa*⟩, ipse . . . proficiscitur: V 11, 7; insimulatus, . . . quod sine imperio tantas copias reliquisset: VII 20, 1; ¶ legati milites ex opere deducunt ⟨*e*⟩ . . ., operibus ⟨operis *Na*⟩ custodias relinquunt: 2, 13, 1; ¶ (equitatum: VI 6, 4 *u.* ββ) ℜ) Commium;) ¶ equites *u.* **eques** *p. 1030 (2 (4) loc. except.* 1, 41, 1;) ¶ quod ibi impedimenta exercitus, obsides ciuitatum, litteras publicas frumentumque omne, quod eo tolerandae hiemis causa deuexerat, relinquebat: V 47, 2; explicitius ⟨*e*⟩ uidebatur Ilerdam reuerti, quod ibi paulum frumenti reliquerant: 1, 78, 3; ¶ hostes *u.* **hostis** *p. 1533 (3 loc.)*; ¶ impedimenta *u.* **impedimentum** *p. 59* b): V 47, 2; VII 10, 4; 62, 10; 1, 41, 2; 3, 6, 1; (76, 2;) ¶ legatum *u.* **legatus** *p. 428 (sq.) (8 loc.)*; ¶ legiones (-em) *u.* **legio** *p. 439 sq. (8 (13) loc.)*; ¶ litteras: V 47, 2 *u.* frumentum; ¶ quoniam prope ad finem laborum ac periculorum esset peruentum, aequo animo mancipia atque impedimenta in Italia relinquerent (milites): 3, 6, 1; ¶ milia: II 29, 4 *u.* β) *extr.*; (V 8, 1 *u.* ββ) ℜ) Labienum;) ¶ milites *u.* **miles** *p. 585 (5 loc.)*; ¶ naues: V 9, 1 *u.* β) deligatas; naues onerarias XXX a M. Antonio relictas intra portum adgressus omnes incendit: 3, 40, 5; ¶ hos (milites Pompeius) certo signo reuocare constituit, cum omnes milites naues conscendissent, atque iis ⟨*e*⟩ expedito loco actuaria nauigia relinquit: 1, 27, 6; ¶ ipse cum quinque legionibus et pari numero equitum, quem in continenti reliquerat ⟨relinquebat β⟩, . . . soluit: V 8, 2; ¶ obsides: V 47, 2 *u.* frumentum; ¶ munitis castris duas ibi legiones reliquit et partem auxiliorum: I 49, 5; alii, quod subito consilium profectionis ceperant magna ⟨in *add.* a^1⟩ parte impedimentorum et sarcinarum relicta, ad haec repetenda . . . uallum relinquebant: 3, 76, 2; ¶ (Antonius) pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lissi relinquit ⟨reliquit *l*⟩, hoc consilio, ut . . . aliquam Caesar ad insequendum facultatem haberet: 3, 29, 3; ¶ Germani quam nacti erant praedam in occulto relinquunt: VI 35, 10; ¶ praesidium *u.* **praesidium** *p. 1180 α) (10 (11) loc.)*; ¶ ex quibus (principibus) perpaucos ⟨paucos *AQ*⟩, quorum in se fidem perspexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsidum loco secum ducere decreuerat: V 5, 4; ¶ his rebus cognitis Mar-

Digitized by Google

cius ⟨martius *x*⟩ Rufus quaestor in castris ⟨castra *af*⟩ relictus a Curione cohortatur suos: 2, 43, 1; ¶ (sarcinas: 3, 76, 2 *u.* pars;) ¶ Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia uenerat, relicto Agedinci, ut esset impedimentis praesidio, . . . Lutetiam proficiscitur: VII 57, 1; ¶ tabernacula: 2, 35, 7 *u.* bucinatorem; ¶ tabulae testamenti . . . alterae eodem exemplo relictae atque obsignatae Alexandriae proferebantur: 3, 108, 4.

ββ) nom. propr.; ℜ): ibi (Curio) C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus reliquit ⟨relinquit?⟩: 2, 24, 2; ¶ his confirmatis rebus Commium Atrebatem cum equitatu custodis loco in Menapiis relinquit: VI 6, 4; ¶ ille (Dumnorix) omnibus primo ⟨*o*⟩ precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur: V 6, 3; ¶ C. ⟨β; *om.* α; *Schn., Fr., Db.*⟩ Fabium legatum cum legionibus duabus castris praesidio relinquit ⟨reliquit *af*⟩: VII 40, 3; ¶ quo iter expeditius faceret, M. ⟨in *a*⟩ Fauonium ⟨fabon. *z*⟩ ad flumen Aliacmonem . . . cum cohortibus VIII praesidio impedimentis legionum ⟨*Glar.*; legionis *z*⟩ reliquit castellumque ibi muniri iussit: 3, 36, 3; ¶ his rebus gestis Labieno in continenti ⟨*o*⟩ cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto, ut portus tueretur et rem ⟨*o*⟩ frumentariam ⟨*o*⟩ prouideret quaeque in Gallia gererentur ⟨*o*⟩ cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, ipse . . . naues soluit: V 8, 1; ¶ hoc confecto negotio D. Laelium ab Asiatica classe abductum reliquit ⟨relinquit *Paul*⟩, qui commeatus Byllide ⟨*o*⟩ atque Amantia ⟨*o*⟩ importari in oppidum prohibebat ⟨prohibeat *Np.*⟩: 3, 40, 5; ¶ Marcium: 2, 43, 1 *u.* αα) quaestor; ¶ Rebilum: 2, 24, 2 *u.* Caninium; ¶ Rufum: 2, 43, 1 *u.* αα) quaestor; ¶ in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit ⟨reliquit *QB²af; Flod.*⟩: II 5, 6; ¶ ad T. Sextium legatum, quem minoribus castris praesidio reliquerat, misit: VII 49, 1; ¶ (Sulla a Caesare ⟨praesidio *add. Dt.*⟩ castris praefectus ⟨*Forchh.*; relictis *a¹*; relictus *fhl; Np., Dt.*; in castris relictus *Paul*⟩ liberatis suis hoc fuit contentus: 3, 51, 5;) ¶ Titurium: II 5, 6 *u.* Sabinum; ¶ ea qui conficeret C. Trebonium legatum relinquit ⟨reliquit *A¹*⟩, ipse ut quam primum iter faceret ⟨*o*⟩: VII 11, 3; C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliae relinquit ⟨reliquit *Ob*⟩: 1, 36, 5; C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat: 2, 1, 1.

(ℜ): D (equites) ex Gabinianis Alexandria, Gallos Germanosque, quos ibi A. Gabinius praesidii causa apud regem Ptolomaeum reliquerat, Pompeius filius . . . adduxerat: 3, 4, 4.)

γγ) adiectiua, pronom., sim.: multi domum discesserunt, multi sunt relicti in continenti ⟨continentia *af*⟩: 3, 87, 3; ¶ paulum frumenti: 1, 78, 3 *u.* αα) frumentum; ¶ ii ⟨*o*⟩, qui in ⟨*a; om. αh; edd.*⟩ praesidio ⟨praesidio *del. Paul*⟩ contra castra Labieni ⟨β; contra labienum α⟩ erant relicti, cum proelium commissum audissent, subsidio suis ierunt: VII 62, 8; ¶ illorum esse praedam atque illis reseruari ⟨seruari β⟩ quaecumque Romani reliquissent: V 34, 1; ¶ cum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset ⟨*o*⟩, quid ex instrumento hibernorum relinquere cogeretur: V 31, 4; ¶ postridie eius diei Caesar praesidium ⟨praesidio *B²*β⟩ utrisque castris quod satis esse uisum est reliquit: I 51, 1; ¶ animaduertit . . . hostem . . . uias obsidere et castris satis praesidii relinquere: III 23, 7; huic rei quod satis esse uisum est militum reliquit ⟨relinquit *B*⟩: V 2, 3.

β) c. duplici accus. (nom.): complures erant ⟨in castris *add.* β; *Schn.*⟩ ex legionibus aegri relicti: VI 36, 3; erat aeger in ⟨β; *Schn., Fr.*; cum α; *rell. edd.*⟩ praesidio relictus P. ⟨*o*⟩ Sextius Baculus: VI 38, 1; ¶ eo minus ueritus nauibus, quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoras ⟨β; ancoram α; *edd.*⟩ relinquebat: V 9, 1; ¶ Morini, quos Caesar in Britanniam proficiscens pacatos reliquerat: IV 37, 1.

qui . . . custodiam ⟨custodiae *B²*β⟩ ex suis ac praesidium ⟨praesidio *B²*β; *Schn.*; praesidia *Q*⟩ sex milia hominum una reliquerunt ⟨-rant *ed. pr.*⟩: II 29, 4.

sine imperio . . copias: VII 20, 1 *u.* α) αα) copias.

b) ita, ut ipsi eodem loco maneamus, ubi alqd relinquimus (= retinere): equitatus partem illi (Labieno) attribuit, partem sibi reliquit: VII 34, 2; ¶ eo biduo Caesar cum equitibus DCCCC, quos sibi ⟨*O d² f²*; ibi *ahl*⟩ praesidio reliquerat ⟨retinuerat *Kindscher*; *sed cf. Xen. Anab.* V 2, 21 καταλιπόντες⟩, in castra peruenit: 1, 41, 1; ¶ Cassiuellaunus . . . dimissis amplioribus copiis milibus circiter quattuor essedariorum relictis itinera nostra seruabat: V 19, 1.

c) ut non attingat id, quod petit, qui alqd reliquisse dicitur: (Caesar) cursum non tenuit

Digitized by Google

et longius delatus aestu ⟨*c*⟩ orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit: V 8, 2.

B. = *ὑπολείπειν*, **reliquum facere, übrig lassen; sequitur a) obiectum; α) subst.:** una ex parte leniter adcliuis aditus ⟨additus β⟩ in latitudinem ⟨*c*⟩ non amplius ducentorum ⟨*c*⟩ pedum ⟨*o*⟩ relinquebatur: II 29, 3; ¶ Cimbri . . . iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt: VII 77, 14; ¶ quod . . . uirtute eorum expiato incommodo neque hostibus diutina laetitia ⟨β; laetatio α; *edd.*⟩ neque ipsis longior dolor relinquatur: V 52, 6; ¶ (milites) eruptione facta neque cognoscendi quid fieret neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt: III 6, 1; ¶ sex tabulata exstruxerunt (legionarii) fenestrasque quibus in locis uisum est ad tormenta mittenda in struendo ⟨instruenda *O²af*⟩ reliquerunt: 2, 9, 8; ¶ iura: VII 77, 14 *u.* agros; nec tribunis plebis sui periculi deprecandi neque etiam extremi iuris [intercessione] retinendi, quod L. Sulla reliquerat ⟨quod L. S. rel. *del. Kindsch.; Dt.*⟩, facultas tribuitur: 1, 5, 1; ¶ laetitia ⟨laetatio α⟩: V 52, 6 *u.* dolor; ¶ leges, libertatem: VII 77, 14 *u.* agros; ¶ locum *u.* **locus** *p. 491 extr. et 492 (4 loc.);* ¶ cognoscit non decimum ⟨quemque ⟨quemquam β⟩ esse reliquum ⟨relictum β⟩ militem sine uulnere: V 52, 2; ¶ quos equitatus . . . consectatus ex milium L numero ⟨*o*⟩, quae . . . conuenisse constabat, uix quarta parte relicta multa nocte se . . . recepit ⟨*c*⟩: III 26, 6; duas partes acies occupabant duae; tertia uacabat ⟨*c*⟩ ad incursum atque impetum militum relicta: 1, 82, 4; Caesar etsi multis necessariisque rebus in Italiam ⟨*c*⟩ reuocabatur, tamen constituerat nullam partem belli in Hispaniis relinquere: 2, 18, 7; ¶ portas *u.* **porta** A. *p. 1119 (3 loc.);* ¶ relinquitur ⟨fingitur *Paul*⟩ noua religio ⟨*om. a*⟩, ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditione ducis . . . sublatum est: 2, 32, 9; ¶ mediocri spatio relicto Pulio pilum in hostes immittit ⟨*c*⟩: V 44, 6; Haedui primis ⟨*c*⟩ nuntiis ab ⟨*c*⟩ Litauicco acceptis nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt: VII 42, 1; inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus: 3, 92, 1; ¶ omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores tantum, ut summa species earum stantium relinquatur: VI 27, 4; ¶ omnemque aciem suam raedis et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga ⟨spes fugae *Pr.*⟩ relinqueretur: I 51, 2; ¶ quod magna parte diei consumpta munitioni castrorum tempus relinqui uolebat: V 9, 8; ipse Cicero, cum tenuissima ualetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat: V 40, 7; ¶ quod eo loco plures erat legiones habiturus, relicto interiore uallo maiorem adiecerat munitionem: 3, 66, 4; ¶ relinquebatur una per Sequanos uia, qua Sequanis inuitis . . . ire non poterant: I 9, 1.

β) adiect., pron., sim.: nihil: 1, 63, 2 *u.* **c)**; ¶ quos (hostes) impeditos ⟨*c*⟩ . . . milites nostri consecuti magnum numerum eorum occiderunt, reliquos equites ⟨*c*⟩ consectati paucos, qui ex fuga euaserant, reliquerunt ⟨reliquos . . . reliquerunt *del. Th. Bentl.*⟩: III 19, 4; ¶ ut nullus ⟨*c*⟩ perfidiae neque eruptioni locus esset nec quicquam omnino relinqueretur, qua aut telis ⟨*c*⟩ militibus aut igni operibus noceri posset: 2, 16, 1; ¶ tantum spatii: 3, 92, 1 *u.* **α)** spatium.

b) dupl. acc.: Sullam nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquisse: 1, 7, 3; ¶ inferiore omni spatio uacuo relicto superiorem ⟨omni . . . superior. *om. AQ*⟩ partem collis . . . densissimis castris compleuerunt: VII 46, 3.

militem sine uulnere: V 52, 2 *u.* **a) α)** militem.

c) ut: relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur et tantum *[in] agris uastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum: V 19, 3; relinquebatur, ut ex longinquioribus regionibus Galliae Picenique et a freto naues essent exspectandae: 1, 29, 2; relinquebatur Caesari nihil, nisi uti equitatu agmen aduersariorum male haberet et carperet: 1, 63, 2; relinquebatur ⟨*Oud.*; rei inquirebatur *z*; requirebatur *N*; tum inquirebatur *O*⟩, ut, cum eius modi locis esset adpropinquatum, legionum signa consistere iuberent magnoque impetu equitatum ⟨*c*⟩ repellerent, eo summoto repente incitati cursu sese in ualles uniuersi demitterent ⟨dimitt. *z*⟩ atque ita transgressi rursus in locis superioribus consisterent: 1, 79, 4; relinquebatur, ut extremam rationem belli sequens quam plurimos colles occuparet et quam latissimas regiones praesidiis teneret Caesarisque copias quam maxime posset distineret: 3, 44, 2; Caesaris copiae nequaquam erant tantae, ut iis, extra oppidum si esset dimicandum, confideret. relinquebatur, ut se suis locis oppido teneret consiliumque Achillae cognosceret: 3, 109, 2.

Digitized by Google

C. = ἀπολείπειν, verlassen, deserere, abire; a) subiectum sunt homines; sequitur α) obiectum; αα) subst. appellat.: quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Heluetii reliquissent, uti toti Galliae bellum inferrent: I 30, 3; sese . . . non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse: I 44, 2; ¶ non nulli relictis equis fossam transire et maceriam ⟨*c*⟩ transcendere conantur: VII 70, 5; ¶ sententiae dicebantur, ut impedimentis relictis eruptione facta . . . ad salutem contenderent: III 3, 3; iusserunt pronuntiari ⟨*c*⟩, ut impedimenta relinquerent atque in orbem consisterent: V 33, 3; si . . . relictis impedimentis suae saluti consulant, . . . spoliatum iri: VII 66, 5; ¶ ibi ⟨*c*⟩ certior . . . factus de postulatis Libonis et Bibuli legionem relinquit ⟨reliq. *NObl*⟩; ipse Oricum reuertitur: 3, 16, 2; ¶ locum *u.* **locus** *p. 477* b) (*3 loc., except.* VII 25, 4;) ¶ Pompeiani, quod is mons erat sine aqua, diffisi ei loco relicto monte uniuersi . . . Larisam uersus *se* recipere coeperunt: 3, 97, 2; ¶ (Curio) relictis munitionibus sese in castra Cornelia recepit: 2, 37, 3; (Caesar neque satis militibus perterritis confidebat spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat *et* † relictis ⟨retentis *Ciacc.*; refectis *Paul*⟩ munitionibus magnopere rei frumentariae timebat: 3, 74, 3;) ¶ postquam in litore relictam nauem conspexit, hanc remulco ⟨*c*⟩ abstraxit: 2, 23, 5; ¶ Galli re cognita per exploratores obsidionem relinquunt, ad Caesarem omnibus copiis contendunt: V 49, 1; ¶ hoc se ignominiae laturos loco ⟨*o*⟩, si inceptam oppugnationem reliquissent: VII 17, 6; ¶ reiectis ⟨relictis $B^2\beta$⟩ pilis comminus gladiis pugnatum est: I 52, 4; ¶ neque sibi nudanda litora et relinquendos portus existimabant: 3, 15, 5; ¶ *quae* (cohortes) procul equitatum Caesaris conspicatae . . . relicto praetore ⟨relictis praetoribus *Basiner*⟩ signa ad Curium transferunt: 1, 24, 3; ¶ propinquos: I 44, 2 *u.* domum; ¶ Caesar omnibus rebus ⟨*om. h*¹⟩ relictis persequendum sibi Pompeium existimauit: 3, 102, 1; ¶ Germani . . . armis abiectis signisque militaribus relictis se ex ⟨*c*⟩ castris eiecerunt: IV 15, 1; ut paene omnes ex ⟨*c*⟩ Epiro finitimisque regionibus signa relinquerent, complures arma proicerent ac fugae simile iter uideretur: 3, 13, 2; ¶ L. Caesar filius . . . ex alto refugerat adpulsaque ad proximum litus triremе constrata et in litore relicta pedibus Hadrumetum *profugerat: 2, 23, 3; ¶ alii . . . depositis in contubernio armis uallum relinquebant: 3, 76, 2.

ββ) nom. propr.; γ) hominis: Lentulus Spinther . . . *a magna parte militum deseritur. relictus in itinere cum paucis incidit in Vibullium Rufum: 1, 15, 4.

δ) oppidi: (Caluisius . . . summa omnium Aetolorum receptus uoluntate, praesidiis ⟨a praesidiis *Np.*; *Db.*⟩ aduersariorum Calydone et Naupacto deiectis ⟨*Ciacc.*; relictis *s*; *Np.*, *Db.*⟩ omni Aetolia potitus est: 3, 35, 1;) ¶ qua pronuntiatione facta temporis puncto sublatis ancoris omnes Vticam relinquunt ⟨*hl*; reliquerunt *af*⟩ et quo imperatum est transeunt: 2, 25, 7.

γγ): equites hostium . . . ad suos refugerunt; relicti ab his qui una procurrerant leuis armaturae ⟨*O*; armatura *z*⟩ circumueniebantur atque interficiebantur ab nostris: 2, 34, 3; ¶¶ hunc facilem et cotidianum nouisse sermonem nunc pro relicto est habendum ⟨num pro reiculo est habendum? *Madu.*⟩: *ap. Cic. Brut.* 253; ¶ quaecumque: V 34, 1 *et* quid: V 31, 4 *u.* A. a) α) γγ).

β) dupl. acc.: alteram partem eius uici Gallis ⟨ad hiemandum *add. X*; *Hotom. transponit post* cohortibus⟩ concessit, alteram uacuam ab his ⟨illis $B^2\beta$⟩ relictam cohortibus attribuit: III 1, 6; nec prius ille est a propugnatoribus uacuus relictus locus, quam . . . finis est pugnandi factus: VII 25, 4.

b) subiect. sunt res: accedebat, ut (naues) . . . in uadis consisterent tutius et ab aestu relictae ⟨β; rei relictae α⟩ nihil saxa et cautes ⟨*c*⟩ timerent: III 13, 9; ¶ relinquit ⟨reliquid *A*⟩ animus Sextium grauibus acceptis uulneribus ⟨deficiens *add.* β⟩: VI 38, 4.

Additur, quo loco alqd relinquatur: ad exercitum: VII 5, 3; ad flumen: 3, 36, 3; ad mare: V 9, 1; ad utramque partem: IV 18, 2; ad pontem: VI 9, 5; — apud (regem) Ptolomaeum: 3, 4, 4; 103, 5; — contra castra ⟨*c*⟩ Labieni ⟨*c*⟩: VII 62, 8; — (una ex parte: II 29, 3;) e regione castrorum VII 61, 5; — in castris *u.* **castra** *p. 478 (7 loc.)*; (3, 51, 5 *Paul*;) in continenti: V 8, 1. 2; 3, 87, 3; (in fuga: I 51, 2;) in Gallia: V 5, 4; 6, 3; in Hispaniis: 2, 18, 7; in Italia: 3, 6, 1; (in itinere: 1, 15, 4;) in litore: V 9, 1; 2, 23, 3. 5; (quibus in locis: 2, 9, 8;) in Menapiis: VI 6, 4; in muro: 2, 15, 4; in occulto: VI 35, 10; in opere: 3, 67, 2; in oppido: 3, 106, 4; in altera parte fluminis: II 5, 6; in praesidio: VI 33, 4; 38, 1 ⟨*c*⟩; VII 62, 8 ⟨*c*⟩; in Treueris: VI 9, 5; — (inter duas acies: 3, 92, 1; —)

Digitized by Google

post se: VII 11,1; 3,31,3; **post tergum**: IV 22,2; — **sub sinistra**: V 8,2; ¶ **expedito loco**: 1,27,6; (quibus locis: 2,15,4;) ¶ **ibi** *u.* **ibi** *p. 14 (8 loc.)*; (1,41,1;); — **ubi**: VI 35,6; VII 62,10; (3,16,2 ⟨*e*⟩;) ¶ **Agedinci**: VII 10,4; 57,1; (**Alexandriae**: 3,108,4;) **Apolloniae**: 3,78,5; **Ilerdae**: 1,63,1; **Lissi**: 3,29,3; 78,5; **Orici**: 3,39,1; 78,5.

Additur, quo consilio: ad incursum atque impetum: 1,82,4; **ad oppugnationem**: 1,36,5; 2,1,1; **ad quietem**: V 40,7; **ad speciem**: 2,35,7; — **ad cognoscendum**: VII 42,1; **ad tormenta mittenda**: 2,9,8; ¶ **eruptionis causa**: 2,15,4; **praesidii causa**: 3,4,4; 106,4; — **tuendi causa**: 3,39,1; ¶ **custodis loco**: VI 6,4; ¶ **hoc (eo) consilio, ut**: I 30,3; 3,29,3; — **ut**: II 8,5; V 8,1; VII 11,3; 57,1; — **ne**: VI 9,5; — **quo ... faceret**: 3,36,3; — **qui** *e. coni.*: V 9,1; VII 11,3; 3,40,5 ⟨*e*⟩; 67,2; ¶ **custodiae** ⟨β⟩: II 29,4; — **munitioni**: V 9,8; **praesidio** *u.* **praesidium** *p. 1177 sq. (8 (9) + 3 + 12 loc.)*.

Additur, cui alqd relinquatur: castris: I 51,1 ⟨*e*⟩; III 23,7; (3,51,5;) **casu(i)**: VI 42,1; **detrimento**: V 52,1; **hostibus**: III 6,1; V 52,6; **impedimentis**: VI 7,4; **misericordiae**: 1,84,5; **operibus**: 2,13,1; (huic rei: V 2,3;) **uirtuti**: V 35,4; **urbibus**: 3,78,1; — **iis**: 1,27,6; **ipsis**: V 52,6; **nobis**: VII 77,14; **sibi**: V 40,7; VII 34,2; 42,1; 1,41,1; *cf.* **praesidium** *p. 1177 sq.*

Adduntur aduerb. et simil.: ante: V 11,7; **una**: II 29,4; — **aequo animo**: 3,6,1; **non sine magna spe magnisque praemiis**: I 44,2.

reliquae: quod (Milo) magnis muneribus datis **gladiatoriae** ⟨-toribus *a pr.*⟩ **familiae reliquias** ⟨reliquas *Nal*⟩ **habebat**: 3,21,4.

reliquus. **Forma**: **relicum** *exstat in A* I 20,6, **reliqum** *in B* IV 7,5 *et* 22,5; *ceteris locis in X (z) uidetur inueniri* **reliquum**.

A. non adduntur alia adiectiua uel numeralia; a) reliquus ut adiectiui; aa) attribut.; α) pertinet ad singula subst.; αα) additur substantiuum; %) numero singulari: quibus (funibus) **abscisis** ⟨*e*⟩ **antemnae necessario concidebant, ut ... his ereptis omnis usus nauium uno tempore eriperetur. reliquum erat certamen positum in uirtute**: III 14,8; ¶ **quem** ⟨*e*⟩ **ubi Caesar intellexit praesentis periculi atque inopiae uitandae causa omnem orationem** ⟨*e*⟩ **instituisse ..., ad reliquam cogitationem belli sese recepit**: 3,17,6; ¶ **cum ... neque de frumento reliquoque commeatu satis esset prouisum**: III 3,1; **summamque ibi copiam frumenti et reliqui commeatus nactus** ⟨*e*⟩ **exercitum ... reficit** ⟨*e*⟩: VII 32,1; **ut cogerentur sicuti reliquum commeatum ita ligna atque aquam Coroyra** ⟨*e*⟩ **... supportare**: 3,15,3; ¶ **explicitius** ⟨*e*⟩ **uidebatur Ilerdam reuerti. ... ibi se reliquum consilium explicaturos confidebant**: 1,78,3; ¶ **carinae ac prima** ⟨*e*⟩ **statumina ex** ⟨*af; et Ohl; om. Np., Dt.*⟩ **leui materia fiebant; reliquum corpus nauium uiminibus contextum coriis integebatur**: 1,54,2; ¶ **initium eius fugae factum a Dumnorige atque eius equitibus. ... eorum fuga reliquum esse equitatum perterritum**: I 18,10; **statimque in Siciliam misit, uti duae legiones reliquusque equitatus ad se mitteretur**: 2,37,4; ¶ **satis esse ad duas transportandas legiones existimabat quod** ⟨*e*⟩ **praeterea nauium longarum habebat. ... reliquum exercitum Q.** ⟨*e*⟩ **Titurio Sabino et L.** ⟨*e*⟩ **Aurunculeio Cottae legatis ... dedit**: IV 22,5; **Ambiorix copias suas iudicione non conduxerit ... an ... repentino equitum aduentu prohibitus, cum reliquum exercitum subsequi crederet, dubium est**: VI 31,1; ¶ **Germani ... armis abiectis ... se ex** ⟨*e*⟩ **castris ciecerunt, et cum ad confluentem Mosae [et Rheni] peruenissent, reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen praecipitauerunt**: IV 15,2; **nam qui ex acie refugerant milites ... magis de reliqua fuga quam de castrorum defensione cogitabant**: 3,95,3; ¶ **quin ... una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi**: I 17,4; **cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia ... posset**: I 20,2; ¶ **qui celeriter arma capere potuerunt, paulisper nostris restiterunt ...; at reliqua multitudo puerorum mulierumque ... passim fugere coepit**: IV 14,5; **cum ... legiones Fabianae duae flumen transissent impedimentaque et omnis equitatus sequeretur, subito ui** ⟨*e*⟩ **uentorum** ⟨*e*⟩ **et aquae magnitudine pons est interruptus et reliqua multitudo equitum intercluса**: 1,40,3; ¶ **magna iam pars operis Caesaris** ⟨*OC*⟩ **processerat. illi impediendae reliquae** ⟨*Forchh.; rei quae x*⟩ **munitionis** ⟨**munitiones** a^1⟩ **causa** ⟨*O; Forchh.; fiebat causa af; causa fiebat hl; rei [quae munitionis fiebat] causa Faern.; Np.*⟩ **hora circiter VIIII. ... legiones educunt** ⟨*e*⟩: 1,82,1; ¶ **Caesar castris potitus a militibus contendit, ne in praeda occupati reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent**: 3,97,1; ¶ **omnibus eorum aedificiis occupatis reli-**

Digitized by Google

quam partem hiemis se eorum copiis aluerunt: IV 4, 7; res disputatione ad mediam noctem perducitur; . . . pronuntiatur prima luce ituros. consumitur uigiliis reliqua pars noctis: V 31, 4; iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se uenire. . . . alterum (nuntium) ad C. Fabium legatum mittit, ut in Atrebatum ⟨*e*⟩ fines legionem adducat. . . . scribit Labieno, . . . cum legione ad fines Neruiorum ueniat. reliquam partem exercitus, quod paulo aberat longius, non putat exspectandam ⟨*e*⟩: V 46, 4; magnam difficultatem ad consilium capiendum adferebat, si reliquam partem hiemis uno loco legiones contineret, ne . . . cuncta Gallia deficeret: VII 10, 1; paulo ante tertiam uigiliam est animaduersum fumare aggerem. . . . cum in omnibus locis consumpta iam reliqua parte noctis pugnaretur: VII (24, 2;) 25, 1; singuli ab infimo solo pedes ⟨*e*⟩ terra exculcabantur; reliqua pars scrobis ad occultandas insidias uiminibus . . . integebatur ⟨*e*⟩: VII 73, 7; parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissa . . . iussit. . . . hoc eius praescripto ex Hispania ad Varum flumen est iter factum, atque ibi reliqua pars exercitus dimissa est: 1, 87, 5; simulatione deditionis extracto primo noctis tempore gubernatorem in terram nauem eicere cogunt, ipsi idoneum locum nacti reliquam noctis partem ibi confecerunt: 3, 28, 6; — repentina ruina pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: 2, 11, 4; ¶ is reliquo sermone confecto, cuius rei causa uenerat, habere se a Pompeio ad eum priuati ⟨*e*⟩ officii mandata demonstrat: 1, 8, 2; ¶ flumen Dubis ⟨*e*⟩ ut circino circumductum paene totum oppidum cingit; reliquum spatium, quod est non amplius pedum **M* sescentorum, qua flumen intermittit, mons continet: I 38, 5; ¶ quae ciuitas queratur proponit; monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones uitet: I 20, 6; in quos eo grauius Caesar uindicandum statuit, quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conseruaretur: III 16, 4; id sibi ad ⟨*Aldus; om. X*⟩ auxilium spemque reliqui temporis satis futurum: IV 16, 6; magni interesse etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliae existimans tantas uideri Italiae facultates, ut: VI 1, 3; id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse; ad reliqui temporis pacem atque otium parum proficere: VII 66, 4; his rebus confectis Caesar, ut reliquum tempus a labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit: 1, 32, 1; cuius cognito consilio Caesar frustra diebus aliquot consumptis, ne reliquum tempus amittat ⟨*Np.*; mittat *Nahl*⟩, . . . proficiscitur: 1, 33, 4.

𝔅) **numero plurali**: aegre portas nostri tuentur; reliquos aditus locus ipse per se munitioque defendit: VI 37, 5; ¶ cum essent funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis ad nauigandum inutiles: IV 29, 3; ¶ ut . . ., si premerentur, pedem referre et loco excedere non turpe existimarent † cum Lusitanis reliquisque barbaris *barbaro* genere quodam pugnae adsuefacti ⟨*sic Fr. Hofm.*; cum Lus. reliquisque barbaro quod. gen. p. ads. *Heller*; *Dt.*; cum Lus. reliquisque *del. Gemoll*; barbaro *om. x*; *Np.*; crebris cum Lus. proeliis barbaro genere quod. p. ads. *Vielh.*⟩: 1, 44, 2; ibi concitatis Dalmatis reliquisque barbaris ⟨-arorum *f*⟩ Issam ⟨*e*⟩ a Caesaris amicitia auertit: 3, 9, 1; ¶ (Neruios) increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se populo Romano dedidissent ⟨*e*⟩: II 15, 5; huic mandat, Remos reliquosque Belgas adeat atque in officio contineat: III 11, 2; (ex quibus (legionibus) unam in Morinos ducendam C. Fabio legato dedit, alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiam in Esuuios L. Roscio; quartam in Remis cum T. Labieno . . . hiemare iussit; tres in † Belgis ⟨belgio β; Bellouacis *Thomann*; *Hold.*; reliquis Belgis *Walther*⟩ conlocauit: V 24, 3;) — neque se cum reliquis Belgis ⟨β; Belgis reliquis α; *edd.*⟩ consensisse: II 3, 2; ¶ reseruatis Haeduis atque ⟨*e*⟩ Aruernis . . . ex reliquis captiuis toto exercitui capita singula praedae nomine distribuit: VII 89, 5; ¶ satis esse magna utrimque incommoda accepta, quae pro disciplina et praeceptis habere possent ⟨*e*⟩, ut reliquos casus timerent: 3, 10, 4; ¶ ad eam sententiam cum reliquis causis haec quoque ratio eos deduxit, quod: II 10, 5; ¶ hoc animo decertabant, ut . . . quibus in pugna uitae periculum accideret ⟨*e*⟩, non ita multo se reliquorum ciuium fatum antecedere existimarent: 2, 6, 1; ¶ quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Heluetii reliquissent, uti toti Galliae bellum inferrent . . . reliquasque ciuitates stipendiarias haberent: I 30, 3; commeatus ab Remis reliquisque ciuitatibus ut sine periculo ad eum portari posset ⟨*e*⟩ efficiebat: II 5, 5; missis legatis . . . inter se coniurant . . . reliquasque ciuitates sollicitant: III 8, 4; Veneti reliquaeque item ciuitates cognito Caesaris aduentu . . . instituunt: III 9, 3; exercitum reduxit ⟨*e*⟩ et in Aulercis Lexouiisque, reliquis ⟨Lexouiis reliquisque *RMenge*⟩ item in ⟨β; *om.* α; *edd.*⟩ ciuitatibus, quae proxime ⟨*e*⟩ bellum fecerant, in hibernis

Digitized by Google

terror. A. subi.: sic terror oblatus ⟨t. obl. *Voss.;* terrore oblato *x; edd.*⟩ a ducibus, crudelitas in supplicio, noua religio iuris iurandi spem praesentis deditionis sustulit mentesque militum conuertit et rem ad pristinam belli rationem redegit: 1, 76, 5; ¶ erat in oppido ⟨*e*⟩ multitudo insolens belli diuturnitate otii, Vticenses pro quibusdam Caesaris in se beneficiis illi amicissimi, conuentus is ⟨*Grut.;* si *x; del. Paul*⟩, qui ex uariis generibus constaret, terror ex superioribus proeliis magnus: 2, 36, 1; — ac ⟨*e*⟩ tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut: VI 41, 2; sed tantus fuit omnium terror, ut: 2, 43, 2; — non illi . . . iniquitatem loci atque angustias praeoccupatis castris et ancipitem ⟨non praeocc. castris ancipitem *Ciacc.*⟩ terrorem intra extraque munitiones ⟨intra extraque mun. *del. Paul*⟩, non abscisum in duas partes exercitum . . . causae fuisse cogitabant: 3, 72, 2; ¶ simul [ac] Caesar adpropinquare dicebatur, tantusque terror incidit ⟨incessit *Ciacc.*⟩ eius exercitui ⟨*O;* exercitus *Nx*⟩, quod properans noctem diei coniunxerat neque iter intermiserat, ut ⟨adprop. dicebatur, qui properans noct. d. coni. n. i. intermiserat, tantusque terror incidit eius exercitus, ut *(Held;) Paul*⟩: 3, 13, 2; ¶ quibus rebus Romam nuntiatis tantus repente terror inuasit, ut: 1, 14, 1; ¶ redegit, sustulit: 1, 76, 5 *u.* conuertere.

B. obi.: dextrum cornu . . . terrore equitum animaduerso, ne intra munitionem opprimeretur, . . . sese recipiebat: 3, 69, 3; ¶ quodcumque addebatur subsidio ⟨*CC*⟩, id corruptum ⟨*CC*⟩ timore fugientium terrorem et periculum augebat ⟨adaugebat *O*⟩: 3, 64, 2; ¶ qua re animaduersa Varus et terrore exercitus cognito . . . exercitum . . . reducit: 2, 35, 7; ¶ inferre *u.* **infero** *p. 163* b) *(3 loc.);* ¶ hic (Libo) repentino aduentu naues onerarias quasdam nactus incendit et unam . . . abduxit magnumque nostris terrorem iniecit: 3, 28, 2; ¶ offerre: 1, 76, 5 *u.* A. conuertere.

C. dat.: copias se omnes pro castris habiturum et terrori hostibus ⟨hostium β⟩ futurum ⟨non defuturum β⟩: VII 66, 6.

D. gen.: (non recordabantur,) quam paruulae saepe causae uel falsae suspicionis uel terroris repentini uel obiectae religionis magna detrimenta intulissent: 3, 72, 4.

E. abl.: sic uocibus consulis, terrore praesentis exercitus, minis amicorum Pompei plerique compulsi inuiti et coacti Scipionis sententiam sequuntur: 1, 2, 6; ¶ (essedarii) per omnes partes perequitant et tela coiciunt atque ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant: IV 33, 1.

F. c. praep.: prius quam se hostes ⟨*o*⟩ ex terrore ⟨pauore β⟩ ac fuga reciperent: II 12, 1.

horum omnium pars magna in fossis munitionibusque et fluminis ripis oppressa suorum in ⟨*om. V.; del. Paul*⟩ terrore ac fuga sine ullo uulnere interiit ⟨interit *ahl*⟩: 3, 71, 2.

submotis sub murum cohortibus ac non nulla parte ⟨*CC*⟩ propter terrorem in oppidum compulsis facilis est nostris receptus datus: 1, 46, 2; L. Nasidius . . . adpulsis . . Messanam nauibus atque inde propter repentinum terrorem principum ac senatus fuga facta ex naualibus eorum *nauem* deducit: 2, 3, 2.

tertius. *In codd. (X et x) semper fere plene uidetur scripta esse haec uox; uno belli Gallici loco* (V 9, 1) *Frig. commemorat in h inueniri* .III., *uno belli ciu. loco* (1, 41, 4) *in a exstat* XIII. acie, *in reliquis uidetur esse* a .III. acie. — *Contra* tertiae decimae *uno loco* (V 53, 6) *in X uidetur exstare, 3 locis in X uel x* XIII.; 1, 18, 2 *in archetypo fuisse* XIII., *non* tertiae decimae, *ex codicum omnium errore* (VIII.) *apparet.* — Terciam *in B pr. scriptum esse* II 1, 1 *testatur Hold.; sed multo saepius sine dubio in codd. haec forma inuenitur; in Q quidem* II 32, 4 *et* II 33, 2 *esse* tercia *ostendunt tabulae palaeographicae ab Aemilio Chatelain editae.*

A. non additur alius numerus; a) additur

subst.: P. Crassus . . . tertiam aciem ⟨partem $B^1\beta$⟩ laborantibus nostris subsidio misit: I 52, 7; prima et secunda acies in armis . . . permanebat; post hos ⟨*e*⟩ opus in occulto a III. acie fiebat ⟨in occulto XIII. acie fiebat *a*; acies tertia faciebat O^1⟩: 1, 41, 4; sic . . . exercitum constituebat, ut tertia acies uallum contingeret, omnis quidem instructus exercitus telis ex uallo *adactis protegi posset: 3, 56, 2; celeriter ex tertia ⟨terna *hl*⟩ acie singulas cohortes detraxit atque ex his quartam instituit: 3, 89, 3; simul tertiae aciei totique exercitui ⟨t. aciei quartaeque exercitus *Paul*⟩ imperauit, ne iniussu suo concurreret: 3, 89, 4; eodem tempore tertiam aciem Caesar, quae . . . se ad id tempus loco tenuerat, procurrere ⟨*e*⟩ iussit: 3, 94, 1; — (signa intulerunt) prima et secunda acies, ut uictis ac submotis resisteret, tertia, ut uenientes sustineret: I 25, 7; primam et secundam aciem in armis esse ⟨sese tenere β⟩, tertiam castra munire iussit: I 49, 2; duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit: I 49, 4; ¶ ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt; in tertium annum profectionem lege confirmant: I 3, 2; tertium iam hunc annum regnantem inimici ⟨*e*⟩ . . . interfecerunt: V 25, 3; ¶ (in proxima Octauii castra inruperunt. his expugnatis . . . altera sunt adorti ⟨inde tertia et quarta *add. x; edd.; del. Hartz*⟩ et deinceps reliqua: 3, 9, 7;) ¶ tertiae cohortis centuriones . . . recesserunt: V 43, 6; ¶ tertio die, (die III.) *u.* **dies** *p. 896 extr. et 897 (7 (8) loc.)*; — se . . . re deliberata post diem tertium ad Caesarem reuersuros: IV 9, 1; ¶ est bos cerui figura. . . . sunt item quae appellantur alces ⟨*e*⟩. . . . tertium est genus eorum, qui uri appellantur: VI 28, 1; ¶ hora circiter tertia ab antecursoribus de Crassi aduentu certior factus ⟨*e*⟩ . . . procedit ⟨*e*⟩: V 47, 1; seu quis Gallus seu Romanus ⟨*e*⟩ uelit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere; post id tempus . . .: V 51, 3; ¶ cuius (insulae) unum latus est contra Galliam. . . . alterum uergit ad Hispaniam. . . . tertium est contra septentriones: V 13, 6; ¶ Afranius et Petreius et Varro, legati Pompei, quorum unus Hispaniam citeriorem *tribus legionibus, alter ulteriorem* a saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat, officia inter se partiuntur: 1, 38, 1; ¶ (M. † itfiuium, quem mihi commendas, uel regem Galliae faciam uel hunc Leptae delegabo ⟨*Lamb.*; delega *Med.*; uel tertiae legionis legatum *Manut.*⟩: *ap. Cic. ad fam.* VII 5, 2;) — ex quibus (legionibus) unam in Morinos ducendam Fabio legato dedit, alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiam in Esuuios ⟨*e*⟩ L. Roscio; quartam . . .: V 24, 2; quarum (legionum) una ⟨*om. hl*⟩ prima, altera tertia appellabatur: 3, 88, 1; ¶ acies erat Afraniana duplex legionum V, tertium ⟨*Ciacc.*; tertia (*uel* tercia) *x*⟩ in subsidiis locum alariae cohortes obtinebant ⟨cohortis obtinebat *hl*⟩: 1, 83, 1; ¶ quod Ariouistus in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri Sequani . . . occupauisset et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet: I 31, 10; (52, 7 *u.* tertia acies;) Belgas, quam tertiam esse Galliae partem dixeramus, . . . coniurare: II 1, 1; ex hominum milibus amplius triginta . . . plus tertia parte interfecta reliquos perterritos in fugam coiciunt: III 6, 2; (Aquitaniam,) quae pars, ut ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum ex tertia parte Galliae ⟨gallia *ABQ*⟩ est aestimanda ⟨*u. CC*⟩: III 20, 1; — parte tertia: I 31, 10 *u. s.* tertia pars; armorum magna multitudine de muro . . . iacta . . ., et tamen circiter parte tertia, ut postea perspectum ⟨*e*⟩ est, celata: II 32, 4; parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissa . . . iussit: 1, 87, 4; — Gallia est omnis diuisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui . . . Galli appellantur: I 1, 1; (Heluetii continentur) una ex parte flumine Rheno . . ., altera ex parte monte Iura . . ., tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano: I 2, 3; † hinc duas partes acies occupabant duae; tertia uacabat ⟨*e*⟩ ad incursum atque impetum militum relicta: 1, 82, 4; ¶ unam fore tabellam, *qua liberandos omni periculo censerent, alteram, *qua capitis damnarent, tertiam, *qua pecunia ⟨*e*⟩ multarent: 3, 83, 4; ¶ illi . . . tertia uigilia . . . eruptionem fecerunt: II 33, 2; nactus idoneam ad nauigandum tempestatem tertia fere uigilia ⟨naues *add.* β⟩ soluit: IV 23, 1; Caesar exposito exercitu . . . de ⟨*om.* β⟩ tertia uigilia ad hostes contendit: V 9, 1; silentio e castris tertia uigilia egressus eodem quo uenerat itinere Metiosedum ⟨*e*⟩ peruenit: VII 58, 2; noctem subnubilam nactus . . . tertia inita uigilia silentio exercitum eduxit: 3, 54, 2; — paulo ante tertiam uigiliam est animaduersum fumare aggerem . . . eodemque tempore . . .: VII 24, 2; — de tertia uigilia *u.* **de** 2. *p. 822 (7 loc.)*.

b) non additur subst.: quidam ante portam oppidi Gallus . . . sebi . . . glebas in ignem . . . proiciebat. scorpione . . . traiectus . . . con-

Digitized by Google

cidit. hunc ex proximis unus iacentem transgressus eodem illo munere fungebatur; eadem ratione ictu scorpionis exanimato alteri ⟨altero β; *Schn.*⟩ successit tertius et tertio quartus: VII 25, 3; 1, 38, 1 *u.* **a)** legati.

B. additur alius numerus: tertia decima (legio) *u.* **decimus B. a)** *p. 830 (5 loc.).*

tertio: circumuallare Pompeium instituit haec spectans ⟨*c*⟩, . . . quo minore periculo undique frumentum . . . supportare posset, simul, uti pabulatione Pompeium prohiberet equitatumque eius ad rem gerendam inutilem efficeret, tertio, ut auctoritatem, qua ille maxime apud exteras nationes niti uidebatur, minueret: 3, 43, 4.

testamentum. A. obl.: uulgo totis castris testamenta ⟨-torum a^1⟩ obsignabantur ⟨uulgo . . . obsign. *del. Paul*⟩: I 39, 5.

B. gen.; abl.; c. praep.: in testamento Ptolomaei patris heredes erant scripti ⟨*c*⟩ ex duobus filiis maior et ex duabus *filiabus* ea, quae aetate antecedebat. haec uti fierent per omnes deos perque ⟨*c*⟩ foedera . . . eodem testamento Ptolomaeus populum Romanum obtestabatur. tabulae testamenti unae ⟨una *a*⟩ per legatos eius Romam ⟨*c*⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur, — hae, cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositae — alterae eodem exemplo relictae atque obsignatae Alexandriae proferebantur: 3, 108, 3. 4.

testimonium. A. (propr.) = *μαρτύριον:* tu explorato ⟨quo et plorato M^1⟩ et uitae meae testimonio et amicitiae iudicio neque tutius neque honestius reperies quicquam quam ab omni contentione abesse: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2; ¶ quorum egregiam fuisse uirtutem ⟨*o*⟩ testimonio Ciceronis cognouerat: V 52, 4.

B. (trsl.) = *τεκμήριον:* eius rei testimonium ⟨testimonio $B^2\beta$⟩ esse quod nisi rogatus non uenerit et quod bellum non intulerit, sed defenderit: I 44, 6; ¶ cum laboris sui periculique testimonium adferre uellent: 3, 53, 4; ¶ quantasuis . . . copias . . sustineri posse munitis hibernis docebant. rem ⟨hanc rem *CFWMüller*; *del. Koch*; *u. CC*⟩ esse testimonio, quod primum hostium impetum multis ultro uulneribus inlatis fortissime sustinuerint: V 28, 4; qui plurimos ex his (uris) interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio, magnam ferunt laudem: VI 28, 3.

testis. A. praed.: eius rei populum Romanum esse testem: I 14, 7; — *cf.* **B.** habere *et* **C.**

B. obl.: (quae iudicia aliis ⟨testes *add. Ciacc.*⟩ audientibus iudicibus, aliis sententiam ferentibus singulis diebus erant perfecta: 3, 1, 4; ¶¶ Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit, uti ⟨*o*⟩ eos testes ⟨testis α⟩ suae quisque uirtutis haberet: I 52, 1; sibi numquam placuisse Auaricum defendi, cuius rei testes ⟨testis *l*⟩ ipsos haberet: VII 29, 4.

C. abl.: si ⟨*o*⟩ illorum nuntiis confirmari non potestis omni aditu praesaepto, his ⟨*o*⟩ utimini testibus adpropinquare eorum aduentum: VII 77, 11; commemorauit: testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset, quae per Vatinium in conloquiis, quae per A. Clodium ⟨*o*⟩ cum Scipione egisset, quibus modis . . . cum Libone de mittendis legatis contendisset: 3, 90, 2; reperiebat T. Ampium . . . senatores omnes ex prouincia euocasse, ut his ⟨iis *P. Man.*⟩ testibus in summa ⟨summam *Nhl*⟩ pecuniae ⟨in sumenda pecunia *Ciacc.*⟩ uteretur: 3, 105, 1.

testudo. A. = **machina bellica (musculus, uinea)** *(cf. Göl. II³ p. 257—60);* **a) testudo aequandi loci causa facta (χελώνη χωστρίς):** antecedebat testudo pedum LX aequandi loci causa, facta item ex fortissimis ⟨*CC*⟩ lignis, conuoluta ⟨euoluta *Ohl*⟩ omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides defendi possent: 2, 2, 4; hunc (ignem) sic distulit uentus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris ⟨*CC*⟩, tormenta flammam ⟨*o*⟩ conciperent et prius haec omnia consumerentur quam quem ad modum accidisset animaduerti posset: 2, 14, 2.

b) = **testudo deiciendi muri causa facta (χελώνη διορυκτίς):** institutas turres, testudines munitionesque hostium admiratur: V 52, 2; — hostes maximo clamore . . . turres testudinesque agere et scalis uallum ascendere coeperunt: V 43, 3; — turres ad altitudinem ⟨*o*⟩ ualli, falces testudinesque, quas idem captiui docuerant, parare ac facere coeperunt: V 42, 5.

B. = **scutorum coniunctio (συνασπισμός);** *cf. Göler II³ p. 243 sq.:* testudinem facere *u.* **facio** *p. 1254 uers. 1—7 (3 loc.).*

tetrarches: magnam imperatam Asiae, Syriae regibusque omnibus et dynastis et tetrarchis et liberis Achaiae populis pecuniam exegerat: 3, 3, 2.

Teutomatus *(cf. Glück p. 55 et 100):* interim Teutomatus ⟨*B*; teutomotus *AQ*β; reu-

Digitized by Google

tomotus *l*), Ollouiconis ⟨*e*⟩ filius, rex Nitiobrogum ⟨*e*⟩, cuius pater ab senatu nostro amicus erat appellatus, cum magno equitum suorum numero ⟨*e*⟩ et quos ex Aquitania conduxerat ad eum (Vercingetorigem) peruenit: VII 31, 5; ac tanta fuit in castris capiendis ⟨*e*⟩ celeritas, ut Teutomatus ⟨uotomatus *AQβ*; uotomapatus *BM*; Toutomatus *Hold.*⟩, rex Nitiobrogum, subito in tabernaculo oppressus, ut meridie conquieuerat, superiore corporis ⟨*e*⟩ parte nudata ⟨*e*⟩ uulnerato equo uix se ex manibus praedantium militum eriperet: VII 46, 5.

Teutoni *u.* **Cimbri** *(5 loc.).*

(textum: 2, 15, 3 *u.* **tectum.** A. c) *extr.)*

(Thapsus *u.* **Apsus.)**

theatrum: in ⟨*e*⟩ hoc ⟨*e*⟩ tractu oppidi pars erat regiae exigua ... et theatrum coniunctum domui, quod ⟨*del. EHfm.; Db.*⟩ arcis tenebat locum aditusque habebat ad portum et ad † reliqua naualia: 3, 112, 8; ¶ Curio castra Vari ⟨*e*⟩ conspicit . . . admodum munita natura loci, una ex parte ipso oppido Vtica, altera a ⟨*del. Paul*⟩ theatro, quod est ante oppidum, substructionibus ⟨substrat. *Na;* substract. *Ofhl*⟩ eius operis maximis, aditu ad castra difficili et angusto: 2, 25, 1.

Thebae: Calenus Delphos, Thebas, [et] Orchomenum ⟨*e*⟩ uoluntate ipsarum ciuitatium ⟨*e*⟩ recepit: 3, 55, 3.

Theophanes: Vibullius . . ., ubi primum e ⟨*e*⟩ re ⟨*e*⟩ uisum ⟨*e*⟩ est ⟨*e*⟩, adhibito Libone ⟨*e*⟩ et L. Lucceio ⟨*e*⟩ et Theophane, quibus*cum* communicare de maximis rebus Pompeius consueuerat, de mandatis Caesaris agere instituit: 3, 18, 3.

(Thericlius: in castris Pompei uidere licuit trichilas ⟨triclinia *Ald.*; Thericlia *Beroald.*⟩ structas ⟨*Salmas.*; stratas *codd.*; strata *Beroald.*; *Ald.*⟩, magnum argenti pondus expositum: 3, 96, 1.)

Thermus: certior factus Iguuium ⟨*e*⟩ Thermum praetorem cohortibus V tenere, oppidum munire, omniumque esse Iguuinorum ⟨*e*⟩ optimam erga se uoluntatem, Curionem . . . mittit. cuius aduentu cognito diffisus municipii uoluntati ⟨*e*⟩ Thermus cohortes ex urbe reducit ⟨educ. *Ald.*⟩ et profugit: 1, 12, 1. 2; *cf. qu. sqq.*

Thessalia: praeterea magnum numerum ex Thessalia ⟨thaessalia *a*⟩, Boeotia ⟨*e*⟩, Achaia Epiroque ⟨*e*⟩ supplementi nomine in legiones (Pompeius) distribuerat: 3, 4, 2; frumenti uim maximam ex Thessalia ⟨thesalia *a*⟩, Asia, Aegypto, Creta, Cyrenis reliquisque regionibus comparauerat (Pompeius): 3, 5, 1; cum ad eum (Caesarem) ex Thessalia ⟨thesal. *a*⟩ Aetoliaque legati uenissent, qui praesidio misso pollicerentur ... ciuitates imperata facturas, L. Cassium Longinum cum legione tironum quae appellabatur XXVII., atque equitibus CC in Thessaliam ⟨thessalum *Nahl*⟩ ire, C. Caluisium Sabinum . . . in Aetoliam iussit ⟨*Paul;* misit *z;* in Thessaliam, C. Calu. . . . in Aet. misit *Ald.; edd.*⟩: 3, 34, 2; Cassius in Thessaliam cum legione peruenit: 3, 35, 2; *cf. qu. sqq.;* (Scipio) subito se ad Cassium Longinum in Thessaliam ⟨thesal. *a*⟩ conuertit: 3, 36, 2; M. Fauonium ⟨*e*⟩ ad flumen Aliacmonem ⟨*e*⟩, quod Macedoniam a Thessalia diuidit, . . . reliquit: 3, 36, 3; eodem tempore equitatus regis Cotyis ⟨*e*⟩ ad castra Cassii aduolauit, qui circum Thessaliam esse consuerat ⟨qui . . . consuerat *del. Kraff.*⟩: 3, 36, 4; Cassius . . . ad montes se conuertit, qui Thessaliam ⟨tessal. *a*⟩ cingunt atque ex his locis Ambraciam uersus iter facere coepit: 3, 36, 5; ad Aeginium, quod est adiectum appositumque ⟨*Madu.;* obiectum oppositumque *codd.;* quod est oppidum oppositum *Np.*⟩ Thessaliae, Caesari uenienti occurrit: 3, 79, 7; Gomphos peruenit, quod est oppidum primum Thessaliae ⟨thesal. *a*⟩ uenientibus ab Epiro; quae gens . . .: 3, 80, 1; Androsthenes ⟨*e*⟩, praetor Thessaliae, . . . omnem ex agris multitudinem . . . in oppidum cogit portasque praecludit: 3, 80, 3; Scipio . . . Larisam legiones adduxerat, Pompeius nondum ⟨modo *Paul*⟩ Thessaliae adpropinquabat: 3, 80, 4; conlata fortuna Metropolitum cum casu Gomphensium nulla Thessaliae fuit ciuitas praeter Larisaeos ⟨*e*⟩, . . . quin Caesari pareret ⟨*e*⟩: 3, 81, 2; Pompeius paucis post diebus in Thessaliam peruenit: 3, 82, 1; neque (Laelius) ante proelium in Thessalia factum cognitum . . . ex portu insulaque expelli potuit: 3, 100, 4; neque multo post de proelio facto in Thessalia cognitum est: 3, 101, 7; Caesar . . . cum legione una, quam se ex Thessalia sequi iusserat, et altera, quam ex Achaia . . . euocauerat, . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; quarum (nauium) erant L auxilio missae ad Pompeium proelioque in Thessalia facto domum redierant: 3, 111, 3.

Thessalus(-i): huc . . . Macedones, Thessalos ac reliquarum gentium et ciuitatum (equites) adiecerat: 3, 4, 6; **(**3, 34, 2 *u.* **Thessalia.)**

Thracia: (adduxerat equites) D Ariobarzanes ex Cappadocia; ad eundem numerum Cotys ⟨*e*⟩ ex Thracia ⟨trachia *Oah;* thrachia *l*⟩ dederat et Sadalam ⟨*e*⟩ filium miserat: 3, 4, 3.

Thrax, Thraces: castra (Pompei) a cohortibus, quae ibi praesidio erant relictae, in-

dustrie defendebantur, multo etiam acrius a Thracibus barbarisque auxiliis: 3, 95, 2.

Thurii: Caelius profectus, ut dictitabat, ad Caesarem peruenit Thurios ⟨turios *a*⟩. ubi cum quosdam eius municipii sollicitaret equitibusque Caesaris Gallis atque Hispanis, qui eo praesidii ⟨*P. Manut.*; praedandi *z*⟩ causa missi erant, pecuniam polliceretur, . . . est interfectus: 3, 22, 3.

Thurinus. 1. adiect.: Cosam ⟨Consentiam *Paul*⟩ in agro Thurino ⟨tur. *a*; — Compsam in a. Hirpino *F. Hofm.*⟩ oppugnare coepit (Milo): 3, 22, 2.

2. ui subst.: (Caelius) Milonem . . . sibi coniunxit atque eum in Thurinum ⟨tur. *N*⟩ ad sollicitandos pastores praemisit: 3, 21, 4.

L. Tiburtius: uulnerantur tamen complures, in his Cornelius Balbus, M. Plotius ⟨*c*⟩, L. Tiburtius ⟨tyb. *a*⟩: 3, 19, 6.

tignum. *Cf. Blümner, Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste II p. 304.*

A. subi.: trauersaria tigna iniciuntur, quae firmamento esse possint ⟨-unt *f*⟩, et ⟨*c*⟩ quicquid est contignatum cratibus consternitur: 2, 15, 2; ¶ procumbere: IV 17, 4 *u.* B. adigere.

B. obl.: haec (tigna) cum machinationibus immissa in flumen ⟨flumine β⟩ defixerat festucisque ⟨*c*⟩ adegerat . . . prone ⟨*c*⟩ ac fastigate ⟨*c*⟩, ut secundum naturam fluminis procumberent, his ⟨iis *A(Q?)*⟩ item contraria duo ad eundem modum iuncta ⟨diiuncta β⟩ interuallo pedum quadragenum ⟨*c*⟩ ab inferiore parte contra uim atque impetum fluminis conuersa statuebat: IV 17, 4. 5; ¶ has (trabes) inter se capreolis molli fastigio coniungunt, ubi tigna ⟨*aut* ligna *scribendum aut uerba:* ubi tigna, q. m. t. c. p., conloc. *delenda esse censet Paul*⟩, quae musculi tegendi causa ponant, conlocentur: 2, 10, 3; ¶ haec (tigna?) derecta materia ⟨*c*⟩ iniecta contexebantur ac ⟨*c*⟩ longuriis cratibusque consternebantur: IV 17, 8; ¶ conuertere: IV 17, 5 *u.* adigere; ¶ defigere: IV 17, 4 *ib.*; ¶ (destinare: IV 17, 6 *u.* distinere;) ¶ (diiungere: IV 17, 5 *u.* adigere;) ¶ tigna bina sesquipedalia paulum ab imo praeacuta dimensa ad altitudinem fluminis interuallo pedum duorum inter se iungebat ⟨-bant A^1; -bantur *Qcorr.*⟩: IV 17, 3; ¶ quibus (tignis) disclusis atque in contrariam partem reuinctis tanta erat operis firmitudo atque ea rerum natura, ut, quo maior uis aquae se incitauisset, hoc artius inligata ⟨ligata β⟩ tenerentur: IV 17, 7; ¶ haec utraque (tigna) insuper bipedalibus trabibus immissis . . . binis utrimque fibulis ab extrema parte distinebantur ⟨destinebantur B^a; destinabantur *E; Frig., Db.*⟩: IV 17, 6; ¶ immittere: IV 17, 4 *u.* adigere; ¶ inicere *u.* **inicio** *p. 168 (3 loc.);* ¶ inligare: IV 17, 7 *u.* discludere; ¶ ubi tempus alterius contabulationis uidebatur, tigna item ut primo ⟨-ma *l*⟩ tecta extremis lateribus instruebant exque ea contignatione . . .: 2, 9, 7; ¶ iungere: IV 17, 3 *u.* dimetiri; IV 17, 5 *u.* adigere; ¶ (ligare: IV 17, 7 *u.* discludere;) ¶ ponere: 2, 10, 3 *u.* conlocare; ¶ (praeacuere: IV 17, 3 *u.* dimetiri;) ¶ eo super tigna bipedalia iniciunt eaque laminis clauisque religant: 2, 10, 3; ¶ reuincire: IV 17, 7 *u.* discludere; ¶ statuere: IV 17, 5 *u.* adigere; ¶ tegere: 2, 9, 7 *u.* instruere; ¶ tenere: IV 17, 7 *u.* discludere.

C. dat.: his (tignis) contraria: IV 17, 5 *u.* B. adigere.

D. gen.: eam (contabulationem) in parietes instruxerunt ita, ut capita tignorum extrema parietum structura tegerentur, ne quid emineret, ubi ignis hostium adhaeresceret. hanc super contignationem . . .: 2, 9, 1; ¶ quantum eorum tignorum iunctura distabat ⟨*haec uerba del. Wirth*⟩: IV 17, 6.

E. abl.: supraque cum locum II tigna transuersa iniecerunt . . ., quibus suspenderent ⟨-erunt *af*⟩ eam contignationem, quae turri tegimento esset futura, supraque ea tigna derecto ⟨derecta *hl*⟩ transuersas trabes iniecerunt: 2, 9, 2.

F. c. praep.: supra . . ea tigna . . . iniecerunt: 2, 9, 2 *u.* E.

(Tigium, Tiguium, Tiguum, Tiguini *u.* Iguuium, Iguuini.)

Tigurinus. 1. adiect.: is pagus appellabatur Tigurinus ⟨tygur. *A*⟩: I 12, 4; *cf.* § 3—6.

2. ui subst.: qua in re Caesar . . . etiam priuatas iniurias ultus est, quod eius soceri . . . auum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio quo Cassium interfecerant: I 12, 7; *cf.* § 2—7.

Q. Tillius: Caesar . . . in Epirum rei frumentariae causa Q. Tillium et L. Canuleium legatum misit: 3, 42, 3.

timeo. A. additur a) obiect.; α) alqd; αα): qui se ex his minus timidos existimari uolebant, non se hostem uereri, sed angustias itineris et ⟨*c*⟩ magnitudinem siluarum, quae intercederent ⟨*c*⟩ . . ., aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant: I 39, 6; ¶ satis esse magna utrimque incommoda accepta, quae pro disciplina et

Digitized by Google

praeceptis habere possent ⟨*c*⟩, ut reliquos casus timerent: 3, 10, 4; ¶ ut . . . (naues) ab aestu relictae ⟨*c*⟩ nihil saxa et cautes ⟨cotes β⟩ timerent; quarum rerum omnium nostris nauibus casus erat ⟨*c*⟩ extimescendus ⟨*c*⟩: III 13, 9; ¶ in quo si non ⟨β; *om.* α⟩ praesens periculum, at ⟨non at α⟩ certe longinqua ⟨*c*⟩ obsidione fames esset timenda ⟨pertimescenda β⟩: V 29, 7; ¶ quod . . . ciuitates uictae nomen atque imperium absentis *Pompei* timebant, quae in amicitia manserant [Pompei], magnis adfectae beneficiis eum diligebant: 1, 61, 3; ¶ nostri usi fortunae beneficio tamen impetum classis timebant, si forte uentus remisisset: 3, 26, 4; ¶ quod ⟨*c*⟩ si iniquitatem loci timeret, datum iri ⟨*c*⟩ *iam *aequo loco pugnandi facultatem: 1, 71, 4; ¶ quod Pompeius insidias timens . . . munitionibus adpropinquare aliquamdiu non audebat: 3, 70, 1; ¶ Caesar etsi ad spem conficiendi negotii maxime probabat coactis nauibus mare transire . . ., tamen eius rei moram temporisque longinquitatem timebat: 1, 29, 1; ¶ magnitudinem siluarum: I 39, 6 *u.* angustias; ¶ quod insuetus nauigandi mare timeret (Dumnorix): V 6, 3; ¶ moram: 1, 29, 1 *u.* longinquitatem; ¶ nomen: 1, 61, 3 *u.* imperium; ¶ periculum: V 29, 7 *u.* famem; ¶ quietam nactus stationem et ⟨*CC*⟩ portus omnes timens ⟨timentes *a*⟩, quod teneri ab aduersariis arbitrabantur, . . . milites exposuit: 3, 6, 3; ¶ rem frumentariam: I 39, 6 *u.* angustias; ¶ saxa: III 13, 9 *u.* cautes.

ββ): hoc enim superioribus diebus timens Caesar, ne nauibus nostri circumuenirentur, duplicem eo loco fecerat uallum: 3, 63, 3; ¶ nihil *u.* **nihil** *p. 773 (sq.) (4 loc.)*; ¶ de sua salute septimo die cogitare coguntur, quod illi turbulentissimi superioribus temporibus tribuni plebis *post* octo denique menses . . . respicere ac timere consuerant ⟨consuerat *afh*; septimo die *et* quod illi . . . timere consuerant *del. Vielh.*⟩: 1, 5, 2.

β) alqm: quod quos aliquamdiu inermes ⟨*c*⟩ sine causa timuissent, hos postea armatos ac uictores superasse: I 40, 6; ¶ neque pudentes ⟨*c*⟩ suspicari oportet sibi parum credi neque improbos scire sese timeri, quod illis licentiam timor augeat noster, his ⟨suspicio *add. Ciacc.*⟩ studia deminuat ⟨*c*⟩: 2, 31, 4.

b) dat.: quod abiuncto ⟨*af*; adiuncto *αhl*¹⟩ Labieno atque iis ⟨*c*⟩ legionibus, quas una miserat, uehementer timebat: VII 56, 2; ¶ uehementer huic illos loco ⟨h. loco ueh. ill. β⟩ timere: VII 44, 4; ¶ Caesar receptui suorum timens crates . . . contra hostem proferri . . . iussit: 3, 46, 1; equitatus Caesaris . . . receptui suo timens initium fugae faciebat: 3, 69, 2; ¶ suis quoque rebus eos (Germanos) timere uoluit: IV 16, 1; — Caesar . . . magnopere rei frumentariae timebat: 3, 74, 3.

β): timens Domitio, ne aduentu Pompei praeoccuparetur, ad eum omni celeritate . . . ferebatur: 3, 78, 2; ¶ Labieno: VII 56, 2 *u.* α) legionibus; ¶¶ Pompeius . . . Dyrrachio timens diurnis eo ⟨*c*⟩ nocturnisque itineribus contendit: 3, 13, 1.

γ): qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat ⟨*c*⟩; qui nostris nauibus periculum intulerant, de suo timere cogebantur: 3, 27, 1; Otacilius sibi timens ex oppido fugit: 3, 29, 1.

c) de: quod deditione facta obsidibusque acceptis nihil de bello timendum ⟨timendo *A*; timendum de b. *l*⟩ existimauerat: III 3, 1; Labienus, cum . . . munitissimis castris sese teneret, de suo ac legionis periculo nihil timebat: V 57, 1; 3, 27, 1 *u.* b) γ); ut facile existimari posset nihil eos de euentu eius diei timuisse, qui non necessarias conquirerent uoluptates: 3, 96, 1.

d) ne *u.* **ne** *p. 725 sq.* εε) *(5(6) loc.)*

e) ut: I 39, 6 *u.* a) α) αα) angustias.

f) infin.: Caesar, etsi timebat tantae magnitudini ⟨*c*⟩ fluminis exercitum obicere, conandum tamen atque experiendum iudicat: 1, 64, 4; **futurum*, ut . . . qui ante dimicare timuissent, ultro se proelio offerrent: 3, 73, 6.

B. abs.: (populum R.) eo deceptum, quod neque commissum a se intellegeret, quare timeret, neque sine causa timendum putaret: I 14, 2; se neque ⟨*c*⟩ umquam dubitasse neque timuisse: I 41, 3; — eo cum uenisset, timentes ⟨timentis β⟩ confirmat, praesidia . . . constituit: VII 7, 4.

Vereri . . . timere: I 39, 6; timere . . . extimescere: III 13, 9; — (respicere ac timere: 1, 5, 2;) ¶ timere . . . diligere: 1, 61, 3; — timere . . . audere: 3, 70, 1; t. . . . audacius resistere: II 26, 2; t. . . . conari atque experiri: 1, 64, 4; t. . . . ultro se proelio offerre: 3, 73, 6; t. . . . periculum inferre: 3, 27, 1; — timere . . . tutus: 3, 27, 1; — spes . . . timere: 1, 29, 1.

hoc . . . timens, ne . . . circumuenirentur: 3, 63, 3; timens Domitio, ne . . . praeoccuparetur: 3, 78, 2; rem frumentariam, ut . . . supportari posset, timere: I 39, 6; nihil timere de: III 3, 1; V 57, 1; 3, 96, 1.

Adverb.: aliquamdiu: I 40, 6; (ante: 3, 73,

6;) magnopere: 3, 74, 3; (nihil (= non): III 13, 9;) (n)umquam: I 41, 3; uehementer: VII 44, 4; 56, 2; ¶ sine causa: I 14, 2; 40, 6.

timidus. A. pos.: hinc celeriter deiecti se ⟨*o*⟩ in signa manipulosque (calones) coiciunt; eo magis timidos perterrent milites: VI 40, 1.

qui se ex his minus timidos existimari uolebant, non se hostem uereri, sed angustias itineris . . . timere dicebant: I 39, 6.

(B. comp.: cum sua cunctatione ⟨cum ipsa cunctatio *Ciacc.*⟩ atque opinione timoris ⟨*R. Steph.*; timidiores *X*; *Schn.*, *Hold.*; cum sua cunctatione opinione timidiores *EHoffm.*[1]; cum spe cunctantiores atque opinione timidiores *Linker*; cum sua cunctatione [atque opinione timidiores] *EHoffm.*[2]⟩ hostes nostros milites alacriores ad pugnandum effecissent ⟨-sset β⟩: III 24, 5.)

timide. A. pos.: cum item ab hostibus constanter ac non timide pugnaretur: III 25, 1; ¶ tum demum Titurius, qui ⟨*o*⟩ nihil ante prouidisset, trepidare et concursare cohortesque disponere, haec tamen ipsa timide atque ut eum ⟨*o*⟩ omnia deficere uiderentur: V 33, 1.

B. comp.: cum . . . omnia trepidantius timidiusque ageret quam superioribus diebus consuesset: 1, 19, 2.

timor. A. subl.: neque pudentes ⟨*o*⟩ suspicari oportet sibi parum credi neque improbos scire sese timeri, quod illis licentiam timor augeat noster, his ⟨suspicio *add. Ciacc.*⟩ studia deminuat ⟨*hl*; dimin. *af*⟩: 2, 31, 4; ¶ consuesse: 3, 1, 3 *u.* B. tollere; ¶ (deminuere: 2, 31, 4 ⟨*o*⟩ *u.* augere;) ¶ utrosque et laudis cupiditas et timor ignominiae ad uirtutem excitabat ⟨*AQB*[3]*af*; excitabant *B*[1]*Mhl*; *Np.*, *Db.*⟩: VII 80, 5; ¶ incedere *u.* **incedo** A. *(3 loc.)*; ¶ ex percontatione nostrorum uocibusque Gallorum ac mercatorum . . . tantus ⟨-tum *Bpr.*⟩ subito timor omnem exercitum occupauit, ut non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret. hic primum ortus est a tribunis militum, praefectis reliquisque, qui . . .: I 39, 1. 2; tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut . . . . sic omnino ⟨omnium β; *Schn.*⟩ animos timor praeoccupauerat ⟨occupauerat β⟩, ut paene alienata mente deletis omnibus copiis equitatum ⟨*o*⟩ se ex fuga recepisse dicerent: VI 41, 3; ¶ quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit ⟨recepit *A*⟩: VII 26, 4; ¶ sequi: 3, 1, 3 *u.* B. tollere; ¶ ut . . . intellegere posset, utrum apud eos pudor atque officium an timor plus ⟨*om.* α; *edd.*⟩ ualeret: I 40, 14.

B. obl.: (addere: 2, 29, 1 *u.* D. e);) ¶ in castris Curionis magnus omnium ⟨ordinum *H. Schneider*⟩ incessit timor animis. is ⟨*Voss.*; *Db.*; timor, nam is (his *af*; iis *hl*) *codd.*; *Dt.*; timor: [nam] is *Np.*⟩ uariis ⟨*o*⟩ hominum sermonibus celeriter augetur: 2, 29, 1; ¶ qui suum ⟨sui *Q*; suum quidem *a*⟩ timorem in rei frumentariae simulationem ⟨qui sui timoris simulationem in rem frumentariam *Ciacc.*⟩ angustiasque itineris conferrent ⟨*fh*; conferret α*a*⟩ facere arroganter: I 40, 10; ¶ equitatumque omnibus locis iniciendi ⟨initiendi *BM*β⟩ timoris causa ostentare coeperunt: VII 55, 9; ¶ paulum ex eo loco degreditur, ut timorem aduersariis minuat ⟨muniat *O*[3]*a*[1]*l*[1]⟩: 1, 72, 4; 3, 1, 3 *u.* tollere; ¶ qui ubi pro perfuga ad eos uenit, timorem Romanorum proponit: III 18, 3; ¶ quorum timor cum fremitu et concursu significaretur: IV 14, 3; ad quos legati mitterentur, his auctoritatem attribui ⟨attribuit *x*⟩ timoremque eorum, qui mitterent, significari ⟨*NOd*; -re *x*⟩: 1, 32, 8; ¶ simul hoc se fore tutiores arbitrantur repentinae incursionis timore sublato: VI 23, 3; sic omnino ⟨*o*⟩ animos timor praeoccupauerat ⟨*o*⟩, ut . . . . quem timorem Caesaris aduentus sustulit: VI 41, 4; hoc et ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumque ⟨-ue *coni. Db.*⟩, qui fere ⟨ferre *ahl*⟩ bella et ⟨bella et *del. Paul*⟩ ciuiles dissensiones sequi consueuit, . . . esse aptissimum existimauit: 3, 1, 3.

C. dat.: nocturnaque proelia esse uitanda, quod perterritus miles in ciuili dissensione timori magis quam religioni consulere ⟨concedere *Kindsch.*⟩ consuerit ⟨*o*⟩: 1, 67, 3.

D. gen.; a): dissipatis ac perterritis hostibus . . . manus erat nulla, quae paruam modo causam timoris adferret: VI 35, 3; ¶ tantamque opinionem timoris praebuit, ut iam ad uallum castrorum hostes accedere auderent: III 17, 6; hac ⟨*o*⟩ confirmata opinione timoris idoneum quendam hominem et callidum delegit: III 18, 1; cum sua cunctatione atque opinione timoris ⟨*R. Steph.*; timidiores *X*; *Schn.*, *Hold.*⟩ hostes nostros milites alacriores ad pugnandum effecissent ⟨*o*; *u.* **timidus** B.⟩: III 24, 5; Labienus suos . . . continebat timorisque opinionem quibuscumque poterat rebus augebat: V 57, 4; ¶ Afranianos contra multis rebus sui ⟨summi *Paul*⟩ timoris signa † misisse: 1, 71, 3; ¶ si forte timoris simulatione hostes in suum locum elicere posset: V 50, 3; in his administrandis rebus quam maxime con-

Digitized by Google

cursari et cum simulatione agi timoris iubet: V 50, 5; imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant: 2, 40, 3; ¶ ut timoris suspicionem uitarent: I 39, 3; quo facilius hostibus timoris det ⟨det tim. β⟩ suspicionem, maiore strepitu . . . castra moueri iubet: VI 7, 8; ne aut inferre iniuriam uideretur aut daret ⟨β; *Schn., Db.;* dare α; *rell. edd.*⟩ timoris aliquam ⟨aliq. tim. β⟩ suspicionem: VII 54, 2.

b): maximeque timoris causa pro se quisque id munus legationis recusabat: 1, 33, 1.

c): unus quisque enim opiniones fingebat et ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris ⟨*del. Ciacc.*⟩ addebat: 2, 29, 1.

d): plena erant omnia timoris et luctus: 2, 41, 8; omniaque erant tumultus, timoris, fugae plena ⟨plenā *ah*⟩, adeo ut . . .: 3, 69, 4.

e): neque tanti sum animi, ut sine spe castra oppugnanda censeam, neque tanti timoris, uti spe ⟨*(Ciacc.;) ego;* ut ipse *x; edd.*⟩ deficiam: 2, 31, 8.

E. abl.; a) causae: (se abdere: V 8, 6 *u.* discedere;) ¶ timore adductus *u.* **adduco** *p. 151 (3 loc.);* ¶ animaduertit multa undique portari atque agi plenissimis uiis, quae repentini tumultus timore ex agris in urbem conferantur ⟨-rebantur *Paul*⟩: 2, 25, 2; ¶ quodcumque addebatur subsidio ⟨subsidii *Paul*⟩, id corruptum ⟨correptum *Madu.*⟩ timore fugientium terrorem et periculum augebat: 3, 64, 2; ¶ sin timore defugiant, illis ⟨illi *O*⟩ se oneri non futurum ⟨defuturum *O*⟩ et per se rem publicam administraturum: 1, 32, 7; ¶ (magnae (Britannorum) manus . . . multitudine nauium perterritae, quae cum annotinis priuatisque, quas sui quisque commodi causa ⟨*e*⟩ fecerat, amplius octingentae uno erant uisae tempore ⟨una erant uisae, timore β⟩ a litore discesserant ac se in superiora loca abdiderant: V 8, 6;) ¶ timore poenae exterriti consilia clam de bello inire incipiunt: VII 43, 3; cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere uersantur: VII 77, 11; ¶ annona creuit; quae fere res non solum inopia *praesenti, sed etiam futuri temporis timore ingrauescere consueuit: 1, 52, 1; ¶ ibi timore, lassitudine, ui ⟨*e*⟩ fluminis oppressi perierunt: IV 15, 2; ¶ cognouit . . . Considium timore perterritum quod non uidisset pro uiso sibi renuntiauisse: I 22, 4; quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent: I 23, 3; hominum milia sex . . . siue timore perterriti, ne armis traditis supplicio adficerentur, siue spe salutis inducti . . . e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum . . . contenderunt: I 27, 4; tali timore ⟨tempore β⟩ omnibus perterritis confirmatur ⟨*e*⟩ opinio barbaris: VI 37, 9; (matres familiae) conclamare et significare de fuga Romanis coeperunt. quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum uiae praeoccuparentur, consilio destiterunt: VII 26, 5; tum ⟨*e*⟩ timore perterritus Cassius cognito Scipionis aduentu . . . ad montes se conuertit: 3, 36, 5; ¶ horum uocibus ac timore paulatim etiam ii ⟨*e*⟩, qui magnum . . . usum habebant, . . . perturbabantur: I 39, 5; ¶ sed praeoccupatus animus Attianorum militum timore ⟨*hl;* tempore *af;* timore, tempore *O*⟩ et ⟨ex *Markl.*⟩ fuga et caede suorum nihil de resistendo cogitabat: 2, 34, 6; ¶ ut . . . non nulli (lenunculi) deprimerentur, reliqui hoc timore ⟨ob timorem *hl*⟩ propius adire tardarentur ⟨grauarentur *Paul*⟩: 2, 43, 4.

b) qualit.: pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conseruauit: 3, 98, 2.

F. c. praep.; a) ab: ne profectio nata ab ⟨a β⟩ timore defectionis similisque ⟨β; *Schn.;* que *om.* α; *rell. edd.*⟩ fugae uideretur: VII 43, 5.

b) ex: cuius aduentus . . . nostros . . firmauit, ut se ex maximo timore colligerent: 3, 65, 2; ¶ eius aduentu hostes constiterunt, nostri se ex timore ⟨ex tim. se *hl;* se *om. af*⟩ receperunt: IV 34, 1; ¶¶ nostri ad unum omnes incolumes perpaucis uulneratis ex tanti belli timore . . . se in castra receperunt: IV 15, 3.

c) in c. acc.: his (fossis) paene effectis magnum in timorem Afranius Petreiusque perueniunt, ne omnino frumento pabuloque intercluderentur: 1, 61, 2; ¶ summamque in sollicitudinem ac timorem ⟨*Elberl.;* summaque in sollicitudine ac timore *x*⟩ Parthici belli prouincia ⟨-ciam *a;* in prouincia *O*⟩ cum uenisset: 3, 31, 4.

(d) ob: 2, 43, 4 *u.* **E. a)** *extr.*)

e) propter *u.* **propter** *p. 1270 sq. (2 (3) loc.).*

f) sine *u.* **sine** *p. 1890 (6 loc.).*

Timor et desperatio: V 33, 5; timor et luctus: 2, 41, 8; terror . . . timor: VI 41, 2. 3; 3, 64, 2; (tumultus, timor, fuga: 3, 69, 4); sollicitudo ac timor: 3, 31, 4; ¶ timor . . . spes: 2, 31, 8.

Timor, ne: I 27, 4; (VII 26, 5?;) 1, 61, 2; 3, 104, 1.

Timor belli: IV 15, 3; 3, 31, 4; **defectionis**: VII 43, 5; **ignominiae**: VII 80, 5; **incursionis**: VI 23, 3; **poenae**: VII 43, 3; **cuius rei**: VII 77, 11; **sagittarum**: 3, 44, 7; **nouarum**

Digitized by Google

tabularum: 3, 1, 3; futuri temporis: 1, 52, 1; tumultus: 2, 25, 2; ¶ timor alcs *(gen. subi.)*: I 39, 5; III 18, 3; IV 14, 3; 1, 32, 8; 2, 29, 1; 3, 64, 2.

Adiect.: hic: (I 39, 2;) 2, 20, 3; 43, 4; (idem: 3, 101, 5;) magnus: 1, 61, 2; 2, 29, 1; 3, 44, 7; maximus: 3, 65, 2; minor: 3, 98, 2; noster: 2, 31, 4; qui: VI 41, 4; VII 26, 5; summus: V 33, 5; *1, 71, 3; 3, 31, 4; suus: I 40, 10; 1, 71, 3 (?); 2, 29, 1; talis: VI 37, 9; tantus: I 39, 1; 2, 31, 8; 3, 101, 3; ullus: 1, 55, 1.

tiro. A. subi.: (accipere: 3, 28, 4 *u.* dedere;) ¶ tirones enim multitudine nauium perterriti et salo nauseaque confecti iure iurando accepto nihil iis ⟨his *x*⟩ nocituros hostes se Otacilio dediderunt: 3, 28, 4.

B. obl.: conficere: 3, 28, 4 *u.* A.; ¶ qui (tirones) omnes ad eum perducti ⟨*O*; producti *Nx*⟩ contra religionem iuris iurandi . . . crudelissime interficiuntur: 3, 28, 4; ¶ perterrere: 3, 28, 4 *u.* A.

C. dat.: nocere: 3, 28, 4 *u.* A.

D. gen.: harum altera nauis CCXX e legione tironum ⟨tyr. *a*⟩ sustulerat, altera ex ueterana paulo minus CC: 3, 28, 3; quarum (copiarum) erat summa ueteranarum ⟨-norum O^1a⟩ trium legionum uniusque tironum: 3, 29, 2; Longinum cum legione tironum ⟨tyr. *a*⟩, quae appellabatur XXVII., . . . in Thessaliam ire . . . *iussit: 3, 34, 2.

(**Titinius** *u.* **Itfluius** *p. 375.*)

(**Titius** *u.* **Metius** *p. 565.*)

Q. Titurius Sabinus: in altera parte fluminis (Axonae) Q. ⟨*om.* β; *Flod.*⟩ Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit ⟨*c*⟩: II 5, 6; ut . . . castellum, cui praerat Q. Titurius legatus, expugnarent: II 9, 4; *Caesar* certior factus ab Titurio omnem equitatum et leuis armaturae Numidas, funditores sagittariosque *ponte traducit atque ad eos contendit: II 10, 1; Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus tribus in Venellos ⟨*c*⟩, Coriosolitas ⟨*c*⟩ Lexouiosque ⟨*c*⟩ mittit, qui eam manum distinendam curet: III 11, 4; dum haec in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cum iis ⟨*c*⟩ copiis, quas a Caesare acceperat, in fines Venellorum ⟨*c*⟩ peruenit: III 17, 1; Sabinus idoneo omnibus ⟨*o*⟩ rebus loco castris sese ⟨*c*⟩ tenebat, cum Viridouix contra eum duorum ⟨*c*⟩ milium spatio consedisset cotidieque . . . pugnandi potestatem faceret, ut iam non solum hostibus in contemptionem ⟨*c*⟩ Sabinus ueniret, sed etiam nostrorum militum uocibus non nihil carperetur: III 17, 5; *cf.* § 6—18, 2; neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat: III 18, 4; (Gallos hortabatur) superiorum dierum Sabini cunctatio, perfugae confirmatio: III 18, 6; Sabinus suos hortatus cupientibus signum dat: III 19, 2; *cf. qu. sqq.*; sic uno tempore et de nauali pugna Sabinus et de Sabini uictoria Caesar est ⟨*c*⟩ certior factus ciuitatesque omnes se statim Titurio dediderunt: III 19, 5; *cf. omnia, quae* III 17—19 *narrantur*; reliquum exercitum Q. ⟨*om.* β⟩ Titurio ⟨tyturio *A*⟩ Sabino et L. ⟨*c*⟩ Aurunculeio Cottae legatis in Menapios atque in eos pagos Morinorum, a ⟨*c*⟩ quibus ad eum legati non uenerant, ducendum ⟨*c*⟩ dedit: IV 22, 5; at Q. ⟨*h(l?)*; atque *AQa*; at quē *BM*⟩ Titurius et L. Cotta legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris uastatis, frumentis succisis, aedificiis ⟨*c*⟩ incensis . . . se ⟨*o*⟩ ad Caesarem receperunt: IV 38, 3; unam legionem . . . et cohortes V in Eburones . . . misit. his militibus Q. Titurium Sabinum et L. Aurunculeium Cottam legatos praesse ⟨*c*⟩ iussit: V 24, 5; qui (Ambiorix et Catuuolcus) cum ad fines regni sui Sabino Cottaeque praesto fuissent frumentumque in hiberna comportauissent: V 26, 2; mittitur ad eos conloquendi ⟨*c*⟩ causa ⟨*c*⟩ C. Arpineius ⟨*c*⟩, eques Romanus, familiaris Q. ⟨quinqueti *Bpr.*⟩ Titurii: V 27, 1; monere, orare (se) Titurium pro hospitio, ut suae ac militum saluti consulat: V 27, 7; contra ea Titurius sero facturos clamitabat: V 29, 1; *cf.* § 1—7; uincite, inquit, si ita uultis, Sabinus: V 30, 1; *cf. qu. sqq.*; tandem dat Cotta permotus manus; superat sententia Sabini: V 31, 3; tum demum Titurius, qui ⟨*c*⟩ nihil ante prouidisset, trepidare et concursare cohortesque disponere, haec tamen ipsa timide: V 33, 1; his rebus permotus Q. Titurius, cum . . . conspexisset, interpretem suum Cn. Pompeium ad eum (Ambiorigem) mittit rogatum . . .: V 36, 1; *cf.* § 2—4; Sabinus quos in praesentia tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum centuriones se sequi iubet: V 37, 1; *cf.* § 1. 2; *cf. omnia, quae* V 26—37 *narrantur*; (Neruii) ad Ciceronis ⟨*o*⟩ hiberna aduolant ⟨*c*⟩ nondum ad eum fama de Titurii ⟨tituri *h*; ituri a^1⟩ morte perlata: V 39, 1; eadem, quae Ambiorix cum Titurio egerat, commemorant: V 41, 2; addunt etiam de Sabini morte: V 41, 4; Labienus interitu Sabini et ⟨*c*⟩ caede cohortium cognita . . . litteras Caesari remittit ⟨*c*⟩: V 47, 4; de casu Sabini et Cottae certius ex captiuis cognoscit (Caesar): V 52, 4; illo incommodo de Sabini morte perlato omnes fere Galliae ciuitates de bello consultabant: V 53, 4; duplicatoque earum cohortium numero,

quas cum Q. Titurio amiserat, . . . docuit: VI 1, 4; impedimenta . . . Aduatucam contulit. id castelli nomen est. hoc fere est in mediis Eburonum finibus, ubi Titurius atque ⟨*o*⟩ Aurunculeius hiemandi causa consederant: VI 32, 4; Cottaeque et Titurii calamitatem, qui in eodem ⟨*o*⟩ occiderint ⟨consederint *Paul*⟩ castello ⟨*o*⟩, ante oculos ponunt: VI 37, 8.

Titus *u.* **T.** *p. 2101.*

tolerō. A. = **perferre, sustinere; a) alqd:** quod omnibus frugibus ⟨*o*⟩ amissis domi nihil erat, quo ⟨qui B^1⟩ famem tolerarent: I 28, 3; ¶ ibi . . . frumentum . . omne, quod eo tolerandae hiemis causa deuexerat, relinquebat: V 47, 2.

b) abs.: frumentum ⟨*o*⟩ se ⟨*o*⟩ exigue dierum XXX ⟨*o*⟩ habere, sed paulo etiam longius tolerare ⟨*Aβ; Schn., Hold, Dt.²; tollerari BMQ¹; tolerari Np., Fr., Db., Dt.¹*⟩ posse parcendo: VII 71, 4.

B. = **aegre alere, sustentare:** cogebantur . . . pabulum . . . hordeo adaugere atque his rationibus equitatum tolerare: 3, 58, 4; ¶ ex perfugis cognoscebant equos eorum tolerari ⟨-are *O;* uix tolerari *P. Manut.*⟩, reliqua uero iumenta interisse: 3, 49, 3; ¶ (nostri maiores) simili inopia subacti eorum corporibus, qui aetate ad bellum inutiles ⟨*o*⟩ uidebantur, uitam tolerauerunt neque se hostibus ⟨*o*⟩ tradiderunt: VII 77, 12.

tollo. A. = *ἐπ(αν)αίρειν, ἀνάγειν,* **in altum efferre, extollere; a) propr.; α) alqd:** ancoras *u.* **ancora** *p. 258 sq. (4 loc.);* ¶ paulumque afuit ⟨*o*⟩, quin Varum interficeret; quod ille periculum sublato ad eius conatum scuto uitauit: 2, 35, 2; ¶ altera ex duabus legionibus . . . ex castris Varronis . . . inspectante ipso ⟨*o*⟩ signa sustulit seseque Hispalim ⟨*o*⟩ recepit: 2, 20, 4; ¶ turris tectum per se ipsum pressionibus ⟨prensionibus *Ohl*⟩ ex contignatione prima suspendere ac tollere coeperunt. ubi . . . tantum eleuarant ⟨*o*⟩: 2, 9, 5.

β) alqm; αα) = in nauem excipere: naues XVIII, . . . quae equites sustulerant ⟨substul. *h*⟩, ex superiore portu . . . soluerunt: IV 28, 1; ¶ altera nauis CCXX e legione tironum sustulerat, altera ex ueterana paulo minus CC: 3, 28, 3.

ββ) = humi iacentem subleuare: missi Dioscorides et Serapion . . . . quos ille . . . interfici iussit. quorum alter accepto uulnere † occupatus per suos pro occiso sublatus, alter ⟨acc. uuln. occ. p. s. p. o. subl., alter *om. af*⟩ interfectus est: 3, 109, 5.

b) trsl.; α) = efficere, ut in altum escendat, sursum (sublime) feratur: clamorem *u.* **clamor B.** *p. 557 (7 loc.);* ¶ tum uero suo more uictoriam conclamant atque ululatum tollunt: V 37, 3.

β) = efferre, inflare, animum uel spiritum alcs augere: quo proelio sublati Heluetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere non numquam et . . . proelio nostros lacessere coeperunt: I 15, 3; quibus omnibus rebus ⟨rebus omn. *a; Np., Dt.*⟩ sublatus (Curio) nihil contra se regem ausurum ⟨*o*⟩ existimabat: 2, 37, 2; — hac uictoria sublatus Ambiorix statim cum equitatu in Aduatucos . . . proficiscitur: V 38, 1.

B. = *ἀναιρεῖν,* **auferre, amouere; a) propr.** = **asportare; α) alqd (de iis, quae quis in suum usum conuersurus est):** oppida incendi oportere . . ., ne ⟨*o*⟩ suis sint . . . receptacula neu Romanis proposita ad copiam commeatus ⟨comm. cop. *a*⟩ praedamque tollendam ⟨tollendam *aut cum Hotom. et Ciacc. delend. aut* potiendam *scribend. censet Madu.*⟩: VII 14, 9; ¶ pecunias (-am) *u.* **pecunia B.** *p. 1032 (4 loc.);* ¶ praedam: VII 14, 9 *u.* copiam.

neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud ⟨*o*⟩ se ⟨*o*⟩ occultare aut posita tollere auderet: VI 17, 5.

β) alqm: 3, 109, 5 *u.* **A. a) β) ββ).**

b) trsl. = **exstinguere, ad irritum redigere, praecidere; α) alqm (= exstinguere):** ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore stirps ac nomen ciuitatis tollatur: VI 34, 8.

β) alqd (= efficere, ut alqd non sit, non fiat): quod neque conloquium interposita causa tolli uolebat neque . . . audebat: I 42, 5; ¶ si paruo labore magnas controuersias tollere atque omnem Italiam metu liberare possint: 1, 9, 1; ¶ ad hominum excitanda studia sublata priore lege duas promulgauit: 3, 21, 1; ¶ ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret: VI 29, 2; discedant in Italia omnes ⟨*o*⟩ ab armis, metus e ⟨a *Q*⟩ ciuitate tollatur: 1, 9, 5; ¶ cuius rei opinio tolli non poterit, cum in Italiam . . . reductus existimabor: 3, 18, 4; ¶ (huius modi res aut pudore aut metu tenentur ⟨tolluntur *Kindsch.*⟩: 2, 31, 7;) Caesar . . . multa uirtuti eorum concedens rem totam † distulit ⟨sustulit *Paul*⟩: 3, 60, 1; ¶ ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditione ducis et capitis deminutione sublatum est: 2, 32, 9; ¶

spem *u.* **spes** *p. 1917* **B.** *(4 loc.);* ¶ timorem *u.* **timor** **B.** *p. 2174 (3 loc.).*

Suspendere . . tollere . . . eleuare: 2, 9, 5; — **tollere . . . sumere:** 3, 103, 1.

tollere paruo labore: 1, 9, 1; **pressionibus:** 2, 9, 5; ¶ **interposita causa:** I 42, 5; **deditione, deminutione:** 2, 32, 9; — **proelio:** I 15, 3; **quibus . . rebus:** 2, 37, 2; **uictoria:** V 38, 1; ¶ **a (ex *Paul*) fano:** 3, 33, 1; **a societatibus** ⟨*Nitsche;* societatis *x; edd.*⟩: 3, 103, 1; **e ciuitate:** 1, 9, 5; **e(x) fano (-is):** 1, 6, 8; 3, 105, 1; — **Epheso:** 3, 105, 1; — **barbaris** *(dat.)*: VI 29, 2; ¶ **Ephesi:** 3, 33, 1; **tota Italia:** 1, 6, 8; **toto muro:** VII 24, 3; ¶ **ex . . contignatione:** 2, 9, 5; ¶ **pro occiso alqm:** 3, 109, 5.

Aduerb.: omnino: VI 29, 2; VII 28, 2; **subito:** VII 81, 2; **utrimque:** VII 88, 2; ¶ **suo more:** V 37, 3.

Tolosa: (Crassus) equitatu . . comparato, multis praeterea uiris fortibus Tolosa ⟨-osae *AQ*⟩ et Narbone ⟨narbonae *α;* carcasone et narbona β⟩, quae sunt ciuitates Galliae prouinciae finitimae his ⟨ex his *X*⟩ regionibus, nominatim euocatis in Sotiatium ⟨*c*⟩ fines exercitum introduxit: III 20, 2.

Tolosates: Caesari renuntiatur Heluetiis esse in animo . . . iter in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt, quae ciuitas est in prouincia: I 10, 1; praesidia in Rutenis prouincialibus, Volcis Arecomicis, Tolosatibus circumque Narbonem, quae loca hostibus erant finitima, constituit: VII 7, 4.

tormentum. **A.** = **instrumentum, quo tollitur alqd (trochlea, τροχιλία, στρέβλη):** laqueis falces auertebant, quas cum destinauerant ⟨*c*⟩, **tormentis introrsus reducebant:** VII 22, 2.

B. = **machina bellica, qua graviora iaciuntur missilia, aut missilia ipsa;** *cf. A. Bauer, Die (griech.) Kriegsaltertümer (Iwan Müller, Handb. der klass. Altertumswissenschaft IV) p. 312, et H. Schiller ibid. p. 714 et 741; praeterea Rochas, A. de, L'artillerie chez les anciens. (Bull. de la Soc. d'études des Hautes-Alpes 2e année, p. 106 sqq.) Gap 1883. 8°; Schambach, Einige Bemerkungen über die Geschützverwendung bei den Römern, besonders zur Zeit Cäsars. GP. Altenburg 1883; v. Göler² II p. 231; Fröhlich, Fr., Das Kriegswesen Cäsars. Zürich 1889 (—91) p. 76—82.*

a) = **machina bellica; α) subl.:** hunc (ignem) sic distulit uentus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris ⟨*CO*⟩, **tormenta** flammam ⟨-ma *hl*⟩ **conciperent** et prius haec omnia consumerentur, quam: 2, 14, 2; ¶ **multitudine sagittarum atque omnis** ⟨*c*⟩ **generis** ⟨*c*⟩ **telorum multos uulneratos;** ad haec sustinenda magno **usui fuisse tormenta** ⟨tomenta *coni. Hotom.*⟩: VII 41, 3.

II. Signifie.; 1. aduerb.; A. notione relatiua; a) aduerb. modi; α) nihil significat nisi modum (= quem ad modum); αα) additur uerbum: ut accidit, ut tum accidit *u.* **accido** *p. 74 extr. et p. 75 (6 loc.);* ¶ ut aestimatur: V 13,2 *u.* existimatur; ¶ Roucilli atque Egi familiares . . . cuncta, ut erant acta ⟨gesta *N*⟩, exposuerunt: 3,79,6; ¶ Orgetorix mortuus est, neque abest suspicio, ut Heluetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciuerit: I 4,4; ¶ nostri, ut ⟨*om. Fr.*⟩ superioribus diebus suus ⟨β; ut α; *Np., Fr., Hold.; om. Db.;* uni *recc.; pr. edd.*⟩ cuique erat locus ⟨loc. er. *af*⟩ attributus, ad munitiones accedunt: VII 81,4; ¶ confirmatur ⟨*c*⟩ opinio barbaris, ut ex captiuo audierant, nullum esse intus praesidium: VI 37,9; ¶ non omnes ⟨*c*⟩, qui arma ferre possent, ut censuit Vercingetorix, conuocandos statuunt, sed: VII 75,1; ¶ alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad . . . carros suos se contulerunt ⟨*u. CC*⟩: I 26,1; ¶ quoniam fieret dimicandi potestas, ut saepe cogitauissent ⟨optauissent *Dauis.*; flagitauissent *Markl.*⟩, ne . . . opinionem fallerent: 3,86,5; ¶ ut cognouit, cognitum est, cognosci potuit *u.* **cognosco** *p. 571* **1.** *(5 loc.);* ¶ ut comperit, compertum est *u.* **comperio A.** *p. 619 (3 loc.);* ¶ Vercingetorix copias ⟨suas *add.* β; *Schn.*⟩, ut pro castris conlocauerat, reduxit: VII 68,1; ita fastigate ⟨*c*⟩ atque ordinatim † structo ⟨tecto *add. Oud.*⟩, ut trabes erant in capreolis conlocatae, lateribus ⟨in lateribus *x*⟩ *et* luto musculus ⟨*c*⟩ . . . contegitur ⟨*u. CC*⟩: 2,10,5; ¶ prima et secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat: 1,41,4; — ut constituerat, erat constitutum *u.* **constituo B. c) α)** *p. 687 (4 loc.);* ¶ (discedens . . . Caesar in Italiam, ut quotannis facere consuerat ⟨instituerat β⟩, legatis imperat, . . . uti: V 1,1;) reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut ⟨in *BM*¹⟩ consueuerat, misit: VII 35,3; (hi de sua salute desperantes, ut extremo uitae tempore homines facere consuerunt, . . suam mortem miserabantur: 2,41,8;) mihi ad urbem praesto sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut consueui, in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad Att.* IX 16,3; ¶ multa suppliciter locutus *est*, ut de sua atque omnium salute debebat: 3,19,3; ¶ ut (ante(a), supra) demonstrauimus, demonstratum est *u.* **demonstro A.** *p. 856 sq. (18 loc.);* ¶ (differendum est, inquit, iter . . . et de proelio cogitandum, sicut ⟨*Ald.*; si ut *codd.*⟩ semper depoposcimus. animo simus ⟨*Ald.*; sumus *codd.*⟩ ad dimicandum parati: 3,85,4;) ¶ (praeteruectas . . . naues uiderant, † ipsi iter secundum eas terra ⟨terras *x*⟩ derexerant ⟨uiderant ipsi, ut iter secundo austro derexerant

Digitized by Google

Paul⟩: 3, 30, 1;) ¶ de quarta uigilia, ut dixerat, profectus est: I 41, 4; ut(i) (paulo ante, supra) diximus, dicebatur, dictum est (erat, esset) *u.* **dico 2. B. a)** *et* **E. a)** *p. 888 et 890 (8+2 loc.);* ¶ Caelius profectus, ut dictitabat, ad Caesarem peruenit Thurios: 3, 22, 3; ¶ exploratores hostium, ut ⟨*om. BM*⟩ omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes . . . ab nostris opprimuntur: VII 61, 1; ¶ interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad eius propinquos a Treueris imperium defertur: VI 2, 1; ¶ aedificio circumdato silua, ut sunt fere domicilia ⟨aedificia β⟩ Gallorum, . . . sustinuerunt: VI 30, 3; milites disponit non certis spatiis intermissis, ut erat superiorum dierum consuetudo, sed perpetuis uigiliis: 1, 21, 3; Caesar significatione per castella fumo facta, ut erat superioris temporis consuetudo, deductis quibusdam cohortibus ex praesidiis eodem uenit: 3, 65, 3; ¶ qua ex parte est Hibernia ⟨*e*⟩, dimidio minor, ut existimatur ⟨aestimatur *b; Np.;* ut exist. *spuria uidentur Vielh.*⟩, quam Britannia: V 13, 2; ¶ ut fecissent, facere consuerat (-runt), fecerint (-rant), faciendum existimabat *u.* **facio** *p. 1273 (6 loc.);* ¶ huius est longitudo lateris, ut fert illorum ⟨eorum fert β⟩ opinio, septingentorum milium: V 13, 5; a medio fere colle in longitudinem ⟨*e*⟩, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis . . . murum . . . praeduxerant: VII 46, 3; uenerant eo . . . equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo: 1, 51, 1; inde, ut loci cuiusque natura ferebat, ex castello in castellum perducta munitione circumuallare Pompeium instituit: 3, 43, 2; ¶ ut flagitauissent: 3, 86, 5 *u.* cogitauissent; ¶ ut impera(ue)rat, imperatum est (erat) *u.* **impero 1. A. a)** *p. 74 (11 loc.);* ¶ concilio Galliae primo uere, ut ⟨uti β⟩ instituerat, indicto . . . concilium Lutetiam Parisiorum transfert: VI 3, 4; frumentoque exercitui prouiso, ut instituerat, in Italiam ad conuentus agendos profectus est: VI 44, 3; — (V 1, 1 *u.* consuesse;) ¶ illi ante inito, ut intellectum est, consilio . . . eruptionem fecerunt: II 33, 2; ¶ nostri ueterani ⟨*del. Paul;* ut erant iussi *Nitsche*⟩ in portum refugiebant: 3, 24, 2; ¶ quem Caesar, ut erat de se meritus et de re publica, . . . ob octauis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiauit: 3, 53, 5; ¶ ut optauissent: 3, 86, 5 *u.* cogitauissent; ¶ armorum magna multitudine . . . in fossam . . . iacta . . . et tamen circiter parte tertia, ut postea perspectum ⟨compertum β⟩ est, celata atque in oppido retenta . . . pace sunt usi: II 32, 4; ¶ (id uero militibus fuit pergratum et iucundum, ut ex ipsa significatione cognosci potuit: 1, 86, 1;) ¶ ut postulabat (-arent) *u.* **postulo** *p. 1153 sq.* **B. d)** *(4 loc.);* ¶ ut erat praeceptum *u.* **praecipio B. a)** *p. 1160 (5 loc.);* ¶ amici regis . . . siue timore adducti, ut postea praedicabant, sollicitato exercitu regio ne Pompeius Alexandriam . . . occuparet, siue despecta eius fortuna . . . palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1; ¶ neque uero Caesarem fefellit, quin ab iis ⟨*e*⟩ cohortibus . . . initium uictoriae oreretur ⟨*e*⟩, ut ipse in cohortandis militibus pronuntiauerat: 3, 94, 3; ¶ ad conloquium non admittitur castigato Scipione a Fauonio, ut postea confecto bello reperiebamus: 3, 57, 5; ¶ quae castra, ut fumo ⟨ex fumo β⟩ atque ignibus significabatur, amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant: II 7, 4; ¶ ut uideba(n)tur *u.* **uideor B. a) α) αα)** *p. 2316 sq. (5 loc.).*

ββ) subaudiendum est uerbum: VI 30, 3 *u.* **αα) esse;** VII 35, 3 *ib.* consuesse; (VII 81, 4 *ib.* attribuere;) in se iura magistratuum commutari, ne ex praetura et consulatu, ut semper, sed ⟨*Ald.;* fit *af;* sit *hl*⟩ per paucos probati et electi in prouincias mittantur: 1, 85, 9; 3, 19, 3 *u.* **αα)** debere; *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3 *ib.* consuesse.

β) et modum et causam significat (= quandoquidem); αα) non additur pronom. relat.; ββ) ut c. uerbo; a) c. indic.: turmis . . equitum et cohortibus uisis, quas se sequi iusserat, ut de locis superioribus haec decliuia et deuexa cernebantur, hostes ⟨*CC*⟩ proelium committunt: VII 88, 1; ¶ celeriter haec ad hostes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitum ⟨*e*⟩ numero non nullos ⟨*e*⟩ Gallicis rebus fauere natura cogebat: VI 7, 7; ¶ (ita ⟨*om.* α; *plur. edd.*⟩ ut intra siluas aciem ordinesque ⟨ita *add.* α⟩ constituerant atque ipsi sese confirmauerant, subito . . . prouolauerunt: II 19, 6;) ¶ tanta fuit in castris capiendis ⟨*e*⟩ celeritas, ut Teutomatus ⟨*e*⟩, rex Nitiobrogum, subito in tabernaculo oppressus, ut ⟨ubi *N*⟩ meridie conquieuerat, superiore corporis ⟨*e*⟩ parte nudata ⟨*e*⟩ . . . uix se ex manibus praedantium militum eriperet: VII 46, 5; ¶ legionis nonae et decimae milites, ut in sinistra parte acie ⟨*e*⟩ constiterant, pilis emissis . . . Atrebates . . . in flumen compulerunt: II 23, 1; ¶ hic dies . . . hunc habuit euen-

Digitized by Google

tum, ut . . . maximus numerus hostium uulneraretur atque interficeretur, ut se sub ipso uallo constipauerant recessumque primis ultimi non dabant: V 43, 5; ¶ (ut constituerant: II 19, 6 *u.* confirmauerant;) ¶ horum auctoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita et repentina consilia, eadem de causa Trebium Terrasidiumque retinent: III 8, 3; singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusque ⟨*c*⟩ modi Gallorum occurrebant, ut est summae genus sollertiae atque ad omnia imitanda et efficienda . . . aptissimum: VII 22, 1; haec procul ex oppido uidebantur, ut erat a Gergouia despectus in castra: VII 45, 4; postea uero, ut est rerum omnium magister usus hominum adhibita sollertia, inuentum est magno esse usui posse, al: 2, 8, 3; omnia enim flumina . . . obstruxerat, atque ut ⟨*om. Nhl;* ubi *FHofm.*⟩ erant loca montuosa et † ad specus angustiae uallium, has sublicis in terram demissis ⟨*c*⟩ praesaepserat: 3, 49, 4; ¶ amici regis . . . siue timore adducti . . . siue despecta eius fortuna, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici exsistunt, iis ⟨*c*⟩, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1; ¶ ut erat meritus: 3, 53, 5 *u.* α) αα) mereri; ¶ haec tamen ab ipsis inflatius commemorabantur, ut de suis homines laudibus libenter praedicant: 2, 39, 4; ¶ (eorum aduentu, quod ⟨ut β⟩ minus idoneis equis utebantur, a tribunis militum reliquisque [sed et] equitibus Romanis atque euocatis equos sumit Germanisque distribuit: VII 65, 5.)

b) c. particip.: alteram nauem . . . pluribus adgressus nauibus . . . ut ⟨et *Pinellus*⟩ ex superiore ⟨*c*⟩ pugnans loco integrosque semper defatigatis submittens et reliquis partibus . . . moenia oppidi temptans, uti aduersariorum manus diduceret, labore et multitudine telorum nostros uicit: 3, 40, 2.

ℜ) ut c. subst.: ut ⟨at *N; Schn.*⟩ in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouidebatur: VI 34, 7; — haec atque eiusdem generis complura ut ab hominibus doctis magna cum misericordia fletuque pronuntiantur: 2, 12, 4 (*Np.* 5).

ββ) ut qui *u.* **qui I. 2. A. b) β)** *p. 1498 extr. et 1499 (3 loc.).*

γ) cum notione modi coniuncta est uis restringendi: quorum (Vbiorum) fuit ciuitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum: IV 3, 3; — reliqua, ut poterant, incommoda per se sustinebant: 3, 9, 5; ¶ Curio . . . unam ut in miseris rebus spem reliquam salutis esse arbitratus proximos colles capere uniuersos . . . iubet: 2, 42, 1.

δ) cum notione modi coniuncta est uis concessiua: ne militibus quidem ut defessis neque equitibus ut paucis et ⟨*om. af;* paucis et *delend. censet Paul*⟩ labore confectis studium ad pugnandum uirtusque deerat: 2, 41, 3.

b) aduerb. comparationis; α) non additur quisque; αα) aduerbio ut respondet alia comparandi particula; ℜ) antecedit particula ut; a) ut . . . ita *u.* **ita** *p. 350 extr. et 351 (4 loc.).*

b) ut . . . sic *u.* **sic B. c) β)** *p. 1868 (5 loc.).*

ββ) sequitur particula ut; a) ita (. . .) ut *u.* **ita 3. B.** *p. 351 sq. (5 loc.).*

b) item ut: ubi tempus alterius contabulationis uidebatur, tigna item ut primo ⟨-ma *l*⟩ tecta extremis lateribus instruebant: 2, 9, 7.

c) sic . . . ut: prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut quibus esset persuasum non ab hoste, sed ab homine amicissimo [Ambiorige] consilium datum, longissimo agmine maximisque impedimentis: V 31, 6.

ββ) non respondet alia particula comparatiua; ℜ) ut = tamquam; a) ut c. subst.: perpessos (se) omnium rerum inopiam, nunc uero paene ut feras ⟨*Vossius;* feminas *x*⟩ circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu: 1, 84, 4; ¶ (quod propius Romanos accessisset, persuasum loci oportunitate, qui se ipse sine ⟨ipse sine *Th. Bentl.;* ipse ut *Kran.; Dt.*[1]; ipsum *codd.; Schn, Fr., Db.*⟩ munitione defenderet: VII 20, 3;) ¶ quod se Cebenna ut muro munitos existimabant: VII 8, 3; ¶ haec insula . . . a superioribus *regibus in longitudinem passuum DCCCC in mare iactis molibus angusto itinere ut ⟨*H. Schiller;* et *x; edd.;* ang. it. et ponte *del. Schambach*⟩ ponte cum oppido coniungitur: 3, 112, 2; ¶ ab eius ⟨?⟩ summo sicut ⟨se ut *R. Steph.*⟩ palmae ramique ⟨rami quam β; que *om. Aim.; Steph.*⟩ late diffunduntur ⟨diffundunt β; *R. Steph.*⟩: VI 26, 2; ¶ (atque ut ⟨*om. Nhl;* ubi *FHofm.; RMenge*⟩ erant loca montuosa et † ad ⟨ut *RMenge*⟩ specus angustiae uallium, has . . . praesaepserat: 3, 49, 4;) ¶ tantam uirtutem praestiterunt, ut . . . his delectis et coaceruatis cadaueribus qui superessent ut ⟨*del. Polle*⟩ ex tumulo tela in nostros coicerent et pila intercepta remitterent: II 27, 4.

b) ut c. pte.: quod flumen Dubis ⟨*c*⟩ ut circino circumductum paene totum oppidum cingit: I 38, 4; ¶ ut re confecta

Digitized by Google

omnes curam et diligentiam remittunt: 2, 13, 2; — qua re concessa laeti **ut explorata uictoria** . . . ad castra pergunt: III 18, 8.

ϐ) ut = neque atque: (interesse rei publicae et ⟨ut *x*⟩ communis **salutis** se cum Pompeio conloqui: 1, 24, 5;) ¶ (in Britannia) materia cuiusque generis **ut in Gallia** est praeter fagum atque ⟨*c*⟩ abietem: V 12, 5; ¶ prouinciam suam hanc esse Galliam, sicut ⟨ut β⟩ **illam nostram**: I 44, 8.

β) ut quisque *u.* **quisque** *p. 1578 γγ) et p. 1579 δδ) (2 (3)+2 (+3) loc.).*

c) particula ut adfertur exemplum: (spatia ⟨spatium β⟩ omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt; ⟨ut *add.* β⟩ dies natales et mensium et annorum initia sic obseruant ⟨obseruent *Aa*¹⟩, ut noctem dies subsequatur: VI 18, 2;) dixerat aliquis leniorem sententiam, ut primo M. Marcellus, ingressus in eam orationem . . .; ut M. Calidius, qui censebat . . .; ut M. Rufus, qui . . . sequebatur: 1, 2, 2—4.

B. notione interrogatiua: commemorat, quo sit eorum usus studio ad Corfinium Caesar, ut magnam partem Italiae beneficio atque auctoritate eorum suam fecerit: 2, 32, 1; ¶ **docebat** ⟨*c*⟩ etiam, . . . quae senatus consulta . . . in eos facta essent, ut omni tempore totius Galliae principatum Haedui tenuissent: I 43, 7; ¶ postea quam in uulgus militum **elatum est**, qua adrogantia in conloquio Ariouistus usus omni Gallia Romanis interdixisset impetumque ut ⟨*add. Paul*⟩ in nostros eius equites fecissent eaque res conloquium ⟨ut *add.* α; *edd.; om.* Q^2β⟩ diremisset: I 46, 4; ¶ facile erat ex castris C. Trebonii . . . **prospicere** in urbem, ut omnis iuuentus . . . omnesque superioris aetatis . . . ad caelum manus tenderent aut templa deorum immortalium adirent et ante simulacra proiecti uictoriam ab dis exposcerent: 2, 5, 3.

2. coniunctio; A. ut est coniunctio temporalis; a) c. indic.; α) perf.: ubi ⟨ut B^2β⟩ eo uentum est, Caesar initio orationis sua senatusque in eum beneficia commemorauit ⟨*c*⟩: I 43, 4; (quos (Suebos) ubi ⟨Vbii *Rhenanus; Schn.*⟩ qui proximi Rhenum incolunt, ⟨ut *add. Schn.*⟩ perterritos senserunt ⟨*del. Rhenanus*⟩, insecuti magnum ⟨*c*⟩ ex iis ⟨*c*⟩ numerum occiderunt: I 54, 1;) Caesar, ut Brundisium uenit, contionatus apud milites . . . naues soluit: 3, 6, 1 (2); nam ut ⟨quae *add. Hartx*⟩ ad mare II ⟨*Forchh.;* nostrae *x; Np.*⟩ cohortes nonae legionis excubuerant ⟨excubiae erant *Madu.;* excubabant *Paul*⟩, accessere ⟨accessere, *Hartx*⟩ subito prima luce Pompeiani ⟨exercitus aduentus exstitit *add. x; Hartx; del. Np.; edd.*⟩: 3, 63, 6; sed Pompeius, ut equitatum suum pulsum uidit atque eam partem . . . perterritam animum aduertit, aliis quoque ⟨*c*⟩ diffisus acie excessit: 3, 94, 5.

β) ppf.: ut . . conquieuerat: VII 46, 5 *u. p. 2390* **β) conquiescere.**

b) c. coni. (or. obl.): Arioustum ⟨-tus *M*β⟩ autem, ut semel Gallorum copias proelio uicerit, . . . superbe et crudeliter imperare: I 31, 12.

B. ut est coniunctio finalis; a) totum enuntiatum finale aduerbii locum obtinet; aa) non antecedit aduerbium, quo pertineat coniunctio ut; α) ut c. coni. praes.; in enuntiato primario inuenitur αα) uerb. finit.; ϰ) ind. praes.: Dumnorigi custodes ponit, ut quae agat, quibuscum loquatur scire possit: I 20, 6; omnes euocat ⟨*c*⟩ spe praedae ad diripiendos Eburones, ut potius in siluis Gallorum uita quam legionarius miles periclitetur ⟨periclitaretur β⟩, simul ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore stirps ac nomen ciuitatis tollatur: VI 34, 8; leuiore de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit, ut sint reliquis documento et magnitudine poenae perterreant alios: VII 4, 10; plebemque ⟨*c*⟩ (Conictolitauis) ad furorem impellit, ut facinore admisso ad sanitatem reuerti pudeat ⟨pudeat reuerti β⟩: VII 42, 4; accelerat Caesar, ut proelio interit: VII 87, 5; in duas partes sese distribuunt, alii ut praedae praesidio sint, alii ut uenientibus resistant atque eos propellant: 1, 55, 2; multa huc minora nauigia addunt, ut ipsa multitudine nostra classis terreatur: 1, 56, 2; paulum ex eo loco degreditur, ut timorem aduersariis minuat ⟨muniat $O^2a^1l^1$⟩: 1, 72, 4; lente . . . proceditur crebroque, ut sint auxilio suis, subsistunt; ut tum accidit: 1, 80, 1; conatur tamen eos uallo fossaque circummunire, ut quam maxime repentinas eorum eruptiones demoretur: 1, 81, 5; hoc opus . . . ad turrim hostium admouent, ut aedificio iungatur: 2, 10, 7; ab utroque portus cornu moles iacimus, ut aut illum ⟨illum aut *coni. Wsbg.*⟩ quam primum traicere quod habet Brundisii copiarum cogamus aut exitu ⟨*c*⟩ prohibeamus: *ap. Cic. ad Att.* IX 14, 1.

ϐ) coni. praes.: quorum (consiliorum) eos in uestigio paenitere necesse est, cum incertis rumoribus ⟨moribus α⟩ seruiant et plerique ⟨cum incerta, ut eorum auribus seruiant, et plerumque *Ciacc.*⟩ ad uoluntatem eorum ficta respondeant: IV 5, 3; cum bellum ciuitas . . .

Digitized by Google

infert, magistratus, qui ei bello praesint et ⟨*Ciacc.*; ut *X*; *edd.*⟩ uitae necisque habeant potestatem, deliguntur: VI 23, 4;) Labienum Treboniumque hortatur, . . . ad eam ⟨*o*⟩ diem reuertantur, ut rursus communicato consilio exploratisque hostium rationibus aliud initium belli ⟨*o*⟩ capere possint ⟨β; *Np.*; possent α; *rell. edd.*⟩: VI 33, 5; (equitibus imperat, ut quam latissime possint ⟨possent *AQ*; *Schn.*⟩ uagentur et ⟨ut *bhl*⟩ quam maximum hostibus terrorem inferant: VII 8, 3;) a te peto . . ., ut te ibi uideam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*; tu uelim mihi ad urbem praesto sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut consueui, in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3.

(5) imper.: haec ut intellegatis, inquit, a me sincere pronuntiari, audite Romanos milites: VII 20, 8; proinde ad praedam, ad gloriam properate, ut iam de praemiis uestris et de referenda gratia cogitare incipiamus: 2, 39, 3.

(2) ind. impf.: mandabant, ut . . . deferrentur ⟨-erantur β⟩: VII 17, 8 *u.* β) αα) (5) a) aa).)

ββ) uerb. infin. (pte. pf.): Caesar omni exercitu ad utramque partem munitionum ⟨*o*⟩ disposito, ut, si usus ueniat, suum quisque locum teneat et nouerit, equitatum . . . educi . . . iubet: VII 80, 1.

β) ut c. coni. impf.; in enuntiato primario inuenitur αα) uerb. finit.; ββ) praes.; a) (histor.) indic.; aa): frumentum omne . . . comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent: I 5, 3; legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent: I 9, 2; (II 27, 2 *u.* (5) b);) utrique sese ⟨*o*⟩ suo loco continent: Galli, quod . . . exspectabant; Caesar, si forte . . . hostes in suum locum elicere posset, ut citra uallem pro castris proelio contenderet, si id efficere ⟨*o*⟩ non posset, ut exploratis itineribus minore cum ⟨*o*⟩ periculo uallem riuumque transiret: V 50, 3; (VI 34, 8 *u.* α) αα) ℬ);) in Lingones contendit, ubi duae legiones hiemabant, ut, si quid ⟨*o*⟩ etiam de sua salute ab Haeduis iniretur consilii, celeritate praecurreret: VII 9, 4; ea qui conficeret C. Trebonium legatum relinquit, ipse ut quam primum iter faceret ⟨conficeret β; *Schn.*⟩; Cenabum Carnutum proficiscitur: VII 11, 3; uallumque ex castris ad aquam ducere incipiunt, ut ⟨*del. Paul*⟩ intra munitionem et ⟨ut *a*; *Paul*⟩ sine timore et sine stationibus aquari possent: 1, 73, 3; huc equitatum mittit, ut diriperet atque haberet loco praedae: 2, 25, 3; equites sequi iubet sese iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri posset: 2, 39, 6; expositis militibus naues . . . remittuntur, ut reliquae legiones equitatusque transportari possent: 3, 8, 1; castra . . ad flumen Apsum ⟨*o*⟩ ponit in finibus Apolloniatium, ut castellis uigiliisque bene meritae ciuitates tutae essent ⟨praesidio *add. codd.*; *del. P. Manut.*; uicisque b. mer. ciuitatis ut esset praesidio *Paul*⟩: 3, 13, 5; 15, 7 *u.* C. a) bb) γ) αα) ℬ); praemissis . . . impedimentis . . . egreditur, ut, si qua esset imposita dimicandi necessitas, subitum casum expedito exercitu subiret: 3, 77, 1; (109, 6 *u.* ℬ) a) aa).)

bb): reliquas copias Heluetiorum ut consequi posset, pontem in Arari ⟨*o*⟩ faciendum curat: I 13, 1; initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, ut omnia postponere uideretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert: VI 3, 4; sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem ultimam pontis . . . rescindit . . . constituit . . . ponit . . . firmat: VI 29, 2; cum legati ad eum uenissent oratum, ut . . . suae . . uitae consuleret, ut celeritate reliquas res conficeret, . . . arma conferri ⟨*o*⟩, equos produci, obsides dari iubet: VII 12, 3; simul, ut deminutae ⟨*o*⟩ copiae redintegrarentur, imperat certum numerum militum ciuitatibus: VII 31, 4; his rebus confectis Caesar, ut reliquum tempus a labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit: 1, 32, 1; lateribus ⟨*o*⟩ *et* luto musculus ⟨-lis *af*⟩, ut ab igni, qui ex muro iaceretur, tutus esset, contegitur: 2, 10, 5.

(b) coniunct.: reuertantur, ut . . . possint ⟨β; *Np.*; possent α; *rell. edd.*⟩: VI 33, 5 *u.* α) αα) ℬ).)

ℬ) perf.; a) indic.; aa): (signa intulit) prima et secunda acies, ut uictis ac submotis resisteret, tertia, ut uenientes sustineret: I 25, 7; 48, 3 *u.* C. a) bb) γ) αα) ℬ); Caesar praesidium ⟨*o*⟩ . . . reliquit, omnes ⟨*o*⟩ alarios in conspectu hostium . . . constituit, . . . ut ad speciem alaris uteretur: I 51, 1; Caesar singulis legionibus singulos legatos . . . praefecit, uti ⟨ut β⟩ eos testes suae quisque uirtutis haberet: I 52, 1; huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos . . . Romanis daretur: III 19, 1; Germani frequentes . . . in castra uenerunt, simul . . . sui purgandi ⟨*o*⟩ causa, simul ut, si quid possent, de indutiis fallendo impetrarent: IV 13, 5; milites ⟨*o*⟩ equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, persequerentur: V 10, 1; (V 30, 1 *et* VII 28, 6 *u.* C. a) bb) γ) αα) ℬ);) fossamque du-

Digitized by Google

plicem . . . a maioribus castris ad minora perduxit, ut tuto ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent: VII 36, 7; pares ⟨*e*⟩ eiusdem generis munitiones . . . contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine . . . munitionum praesidia circumfundi possent: VII 74, 1; has trabes ⟨*e*⟩ paulo longiores . . . quam extremi parietes erant effecerunt ⟨-rant *a; Np., Db.*⟩, ut esset ubi tegimenta praependere possent: 2, 9, 3; Vibullius ⟨*e*⟩ . . . necessarium esse existimauit de repentino aduentu Caesaris Pompeium fieri certiorem . . . ideo ⟨*edd. uett.;* eidem *x*⟩ . . . ad Pompeium contendit, ut ⟨*Ofl corr.;* et *ahl*¹*; edd.*⟩ adesse Caesarem nuntiaret ⟨*x;* nuntiauit *Np.; Dt.;* nuntiat *Db.*⟩: 3, 11, 1; idoneis locis funditores instruxit, ut praesidio nostris se recipientibus essent: 3, 46, 2; Pompeiani . . . crates . . pro munitione obiectas propulerunt, ut fossas transcenderent ⟨et foss. transcenderunt *Oiacc.*⟩: 3, 46, 3; ad eum (Ptolomaeum) Pompeius misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur atque illius opibus in calamitate tegeretur: 3, 103, 3; quo facto regem ut ⟨*om. N*⟩ in sua potestate haberet Caesar effecit ⟨*edd. uett.;* efficit *x; edd.*⟩ magnam[que] regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans et ut potius priuato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; has munitiones insequentibus auxit diebus, ut pro muro obiectas haberet neu dimicare inuitus cogeretur: 3, 112, 8; *cf. infra* ββ) ℜ) a) bb).

bb): tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites . . . conuenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: I 7, 6; tum demum Ariouistus partem suarum copiarum, quae ⟨ut β⟩ castra minora oppugnaret ⟨-rent *bhl*⟩, misit: I 50, 2; (II 27, 2 *u.* ℭ) b);) quos Caesar, ut in miseros ac supplices usus misericordia uideretur, diligentissime conseruauit: II 28, 3; 3, 94, 6 *u.* C. a) bb) γ) αα) ℜ).

b) coni.: omnes officium suum praestitisse: *se*, qui etiam bona condicione . . . confligere noluerit ⟨*Ald.;* noluerint *x*⟩, ut quam integerrima essent ad pacem omnia: 1, 85, 2.

ℭ) impf.; a) indic.; aa): sublicae et ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur, quae . . . uim fluminis excíperent, et aliae item supra pontem mediocri spatio, ut, si . . . naues ⟨*CC*⟩ . . . essent a barbaris °immissae, his defensoribus earum rerum uis minueretur neu ponti nocerent: IV 17, 10; prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius nagabatur, alias ut situm castrorum cognosceret, alias conloquendi aut territandi causa: V 57, 3; hunc cum reliquis rebus locum probarat ⟨probaret *Q*¹; probabat β⟩, tum ⟨*e*⟩ quod superioris anni munitiones integrae manebant, ut militum laborem subleuaret: VI 32, 5; ut in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat pronidebatur, ut potius in nocendo aliquid praetermitteretur ⟨omitteretur β⟩, etsi omnium animi ad ulciscendum ⟨*e*⟩ ardebant, quam cum aliquo militum detrimento noceretur ⟨noceret *AQ*⟩: VI 34, 7; haec eadem centurionibus tribunisque militum mandabant, ut per eos ad Caesarem deferrentur ⟨deferantur β; -untur *h*¹⟩: VII 17, 8; turres . . . ad opera Caesaris adpellebat ⟨*e*⟩, ut rates perrumperet atque opera disturbaret: 1, 26, 1; augebantur ⟨*e*⟩ illis copiae ⟨*e*⟩ atque . . . cohortes . . . crebro submittebantur, ut integri defessis succederent: 1, 45, 7; multi ex Italia ad Cn. Pompeium proficiscebantur, alii, ut principes talem nuntium attulisse, alii, ne euentum belli exspectasse aut ⟨ut *fhl*⟩ ex omnibus nouissimi uenisse uiderentur: 1, 53, 3; hos montes intrare cupiebant ⟨*Np.;* intra se recipiebant *codd.;* intrasse cupiebant *EHoffm.;* hos intra montes se recipiebant *Ald.*⟩, ut equitatum effugerent Caesaris praesidiisque in angustiis conlocatis exercitum itinere prohiberent, ipsi sine periculo ac timore Hiberum copias traducerent: 1, 65, 4; Caesari circuitu maiore iter erat longius, aduerso flumine, ut uado transire posset: 3, 30, 4; dictitabant enim se domo patriaque expulsos omnibus necessariis egere rebus, ut honesta praescriptione rem turpissimam tegerent: 3, 32, 4; ex hoc (genere radicis) effectos panes . . . uulgo in eos iaciebant, ut spem eorum minuerent: 3, 48, 2; his de causis uterque eorum celeritati studebat, et suis ut esset auxilio *et* ad opprimendos aduersarios ne occasioni ⟨*e*⟩ temporis deesset: 3, 79, 1.

bb): non nulli pudore adducti, ut timoris suspicionem uitarent, remanebant: I 39, 3; nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos adgrederentur, parati in armis erant: II 9, 1; quae fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eadem usus simulatione itineris placide progrediebatur: VI 8, 2; Pompeius autem, ut famam opinionemque hominum teneret, sic ⟨*e*⟩ pro castris exercitum constituebat, ut: 3, 56, 2.

b) coni.: Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium committeret, nisi ipsius copiae prope hostium castra uisae essent, ut undique uno tempore in hostes impetus fieret, monte occupato nostros exspectabat: I 22, 3; hostes . . . constituerunt optimum esse domum

Digitized by Google

suam quemque reuerti et quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique conuenirent ⟨-ire *Manut.*⟩, ut potius in suis quam in alienis finibus decertarent et domesticis copiis rei frumentariae uterentur: II 10, 4; tanta rerum commutatio est facta, ut nostri . . . proelium redintegrarent, ⟨tum *add.* α; *edd.*⟩ calones . . . etiam inermes armatis occurrerent ⟨-erunt α; *Fr., Db., Dt., Hold.*⟩, equites uero, ut turpitudinem fugae uirtute delerent, omnibus in locis † pugnant ⟨pugnae β; pugnarent *Oud.*; pugnando *Weissenb.*; pugnarunt *Vielh.*; *Dt.*⟩ quo ⟨*om.* β; pugnant quo *del. Np.*⟩ se legionariis militibus praeferrent: II 27, 2; huc postero die quam frequentissimi conuenirent, ut de eorum postulatis cognosceret: IV 11, 5; ad T. Sextium legatum . . . misit, ut cohortes . . . celeriter educeret et sub infimo colle . . . constitueret, ut, si nostros loco depulsos ⟨σ⟩ uidisset, quo minus libere hostes insequerentur, terreret ⟨deterr. *Paul*⟩: VII 49, 2; lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis, comica ut aequato uirtus polleret honore cum Graecis neue ⟨*Roth*; neque *codd.*; neque in *edd.*⟩ hac despectus parte iaceres! *ap. Suet. uit. Terent.* 5.

Ⓓ) ppf.; a) indic.: probarat: VI 32, 5 *u.* Ⓒ) a) aa); piscatoriasque (naues) adiecerant atque contexerant, ut essent ab ictu telorum remiges tuti: 2, 4, 2; (9, 3 *u.* Ⓑ) a) aa);) hiemare Dyrrachii ⟨σ⟩, Apolloniae ⟨σ⟩ omnibusque oppidis maritimis constituerat, ut mare transire Caesarem prohiberet, eiusque rei causa omni ora maritima classem disposuerat: 3, 5, 2; has (angustias uallium) sublicis in terram demissis ⟨σ⟩ praesaepserat terramque adgesserat ⟨σ⟩, ut aquam contineret ⟨-rent *hl*; *V*⟩: 3, 49, 4; duplicem . . . fecerat uallum, ut, si ancipiti proelio dimicaretur, posset resisti: 3, 63, 3; tabulae testamenti unae per legatos eius Romam ⟨σ⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur, . . . alterae: 3, 108, 4.

b) coni.: utrum auertendae suspicionis causa Pompeius proposuisset (illud edictum), ut quam diutissime longioris fugae consilium occultaret, an nouis dilectibus . . . Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat: 3, 102, 3.

ββ) uerb. infinit.; Ⓐ) infin.; a) praes.; aa): hoc uero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gades contenderet, ne . . . traiectu intercluderetur: 2, 20, 1.

bb) constituerunt . . . sementes quam maximas facere, ut ⟨*in a sup. lin.*⟩ in itinere copia frumenti suppeteret: I 3, 1; Caesar . . . commodissimum esse statuit omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios ⟨σ⟩ milites . . . imponere, ut praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet: I 42, 5; (II 10, 4 *u.* αα) Ⓒ) b);) necessarium esse existimauit de repentino aduentu Caesaris Pompeium fieri certiorem, uti ad id consilium capere posset: 3, 11, 1; Rutilius Lupus . . . Isthmum ⟨σ⟩ praemunire instituit, ut Achaia Fufium prohiberet: 3, 55, 2; conati sunt praefectum equitum C. Volusenum interficere, ut postea bello confecto cognitum est, ut cum munere aliquo perfugisse ad Pompeium uiderentur: 3, 60, 4.

b) futur.; aa) act.: se . . . proxima nocte de quarta uigilia castra moturum, ut quam primum intellegere posset, utrum apud eos . . . plus ⟨σ⟩ ualeret: I 40, 14.

bb) gerund.: Caesar maturandum sibi censuit, si esset in perficiendis pontibus pericitandum, ut prius quam essent maiores eo coactae copiae dimicaret: VII 56, 1; erant qui censerent . . . in castra Cornelia recedendum, ut maiore spatio temporis interiecto militum mentes sanarentur, simul ⟨ut *add. RMenge*⟩, si quid grauius accidisset, magna multitudine nauium et tutius et facilius in Siciliam receptus daretur: 2, 30, 3; ad Scipionem properandum sibi existimabat: si Caesar iter illo haberet, ut subsidium Scipioni ferret; si ab ora maritima . . . discedere nollet, . . . ipse ut omnibus copiis Domitium adgrederetur: 3, 78, 6.

c) perf.: se non maleficii causa ex prouincia egressum, sed uti se a contumeliis inimicorum defenderet, ut tribunos plebis . . . in suam dignitatem restitueret, ut se et populum Romanum . . . in libertatem uindicaret: 1, 22, 5; cum animaduertisset Pompeium extra munitiones egressum [castra] secundum mare ⟨manere *add. Paul*⟩, ut libere pabulari ⟨σ⟩ posset nec minus aditum nauibus haberet: 3, 65, 4; idque admonitu C. Triarii fecisse dicebatur ⟨uidebatur *Nhl*⟩, ut primus excursus uisque militum infringeretur aciesque distenderetur atque in suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur ⟨σ⟩: 3, 92, 2; ‚Caesar . . . reperiebat T. Ampium conatum esse pecunias tollere Epheso ex fano Dianae eiusque rei causa senatores omnes ex prouincia euocasse, ut his ⟨iis *PMan.*⟩ testibus in summa ⟨σ⟩ pecuniae uteretur: 3, 105, 1; neque illud me mouet quod ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2.

Ⓑ) partic.; a) praes.: loricam pinnasque adiecit grandibus ceruis eminentibus ad commissuras pluteorum atque aggeris ⟨σ⟩, qui ⟨ut β⟩

Digitized by Google

ascensum hostium tardarent: VII 72, 4; reliquis partibus † simul ex terra scalis et classe moenia oppidi temptans, uti aduersariorum manus diduceret, labore et multitudine telorum nostros uicit: 3, 40, 2.

b) perf.: Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut aequato omnium periculo spem fugae tolleret, cohortatus suos proelium commisit: I 25, 1; duabus legionibus ... in castris relictis, ut, si quo opus esset, subsidio duci possent, reliquas ... in acie constituit: II 8, 5; Labieno in continenti ⟨*e*⟩ cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto, ut portus tueretur et rem ⟨*e*⟩ frumentariam ⟨*e*⟩ prouideret quaeque in Gallia gererentur ⟨*e*⟩ cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, ipse ... naues soluit: V 8, 1; VII 35, 3 (?) *u.* C. a) bb) γ) ββ) ββ); Labienus eo supplemento, quod nuper ... uenerat, relicto Agedinci, ut esset impedimentis praesidio, ... Lutetiam proficiscitur: VII 57, 1; non longe ⟨*x*; longo *edd.*⟩ a castris progressi spatio, ut celerem receptum haberent, angustiore ⟨*ego*; angustius *x*; *edd.*⟩ pabulabantur ⟨*O*; pabulantur *x*⟩: 1, 59, 2; paruoque spatio intermisso, ut et militare institutum seruaretur et quam serissime ⟨*e*⟩ eius profectio cognosceretur, conclamari iussit: 3, 75, 2.

bb) antecedit eo, eodem illo: mercatoribus est aditus magis eo ⟨eo magis β⟩, ut quae bello ceperint quibus uendant habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent: IV 2, 1; ¶ haec omnia Caesar eodem illo pertinere arbitrabatur, ut tridui mora interposita equites eorum, qui abessent, reuerterentur: IV 11, 4.

b) totum enuntiatum finale obiecti (uel subiecti) locum obtinet; pendet α) ex uerbis αα) postulandi (orandi, hortandi, imperandi, *sim.*): Caesar ... se frumentum daturum pollicetur. addit etiam, ut quae ⟨*Paul*; quod *Np.*; *edd.*; quid *x*⟩ quisque eorum in bello amiserit, quae sint penes milites suos, iis ⟨*e*⟩ qui amiserint ⟨*f*; -rant *ahl*; *edd.*⟩, restituantur ⟨*Paul*; -atur *Steph.*; *edd.*; -at *x*⟩: 1, 87, 1; at ⟨*Ald.*; aut *x*⟩ etiam ut media nocte proficiscamur addunt, quo maiorem, credo, licentiam habeant qui peccare conentur: 2, 31, 7; ¶ quod fore suspicatus Caesar militesque ⟨que *del. Paul*⟩ adhortatus, ut aequo animo laborem ferrent, ... mane Dyrrachium uenit: 3, 41, 5; ¶ deinde reliquae legiones cum tribunis ⟨per tribunos $B^2β$⟩ militum et primorum ordinum centurionibus ⟨-nes $B^2β$⟩ egerunt, uti ⟨per eos *add.* $B^2β$⟩ Caesari satis facerent: I 41, 3; ¶ (crebris Pompei litteris castigabantur ⟨instigab. *Paul*⟩, quoniam primo uenientem Caesarem non prohibuissent, at ⟨*Kraff.*; ut *x*; *edd.*⟩ reliquos eius exercitus ⟨exitus *Paul*⟩ impedirent: 3, 25, 3;) ¶ censere *u.* **censeo B. b) γ)** *p. 507 sq. (4 loc.)*; (2, 32, 4 *u.* sentire;) ¶ milites non longiore oratione ⟨est *add.* $B^2β$⟩ cohortatus, quam uti suae pristinae uirtutis memoriam retinerent neu perturbarentur animo hostiumque impetum fortiter sustinerent, ... signum dedit: II 21, 1. 2; Crassus equitum praefectos cohortatus, ut magnis praemiis pollicitationibusque suos excitarent, quid fieri uellet ⟨*e*⟩ ostendit: III 26, 1; legionibusque ⟨legiones β⟩ ... in occulto expeditis ⟨expeditas β⟩ cohortatus ⟨cohortatur β⟩, ut aliquando pro tantis laboribus fructum uictoriae perciperent, ... signum dedit: VII 27, 2; hoc decreto interposito cohortatus Haeduos, ut controuersiarum ac dissensionis ⟨*e*⟩ obliuiscerentur atque omnibus omissis [his] rebus huic bello seruirent eaque ⟨*e*⟩ quae ⟨*e*⟩ meruissent praemia ab se deuicta Gallia exspectarent equitatumque omnem et peditum milia X sibi celeriter mitterent, ... exercitum in duas partes diuisit: VII 34, 1; sub uesperum consilio ⟨concilio β⟩ conuocato cohortatus, ut ea, quae imperasset, diligenter industrieque administrarent, naues ... equitibus Romanis attribuit: VII 60, 1; Labienus milites cohortatus, ut suae pristinae uirtutis et secundissimorum ⟨*e*⟩ proeliorum retinerent memoriam ⟨mem. ret. β⟩ atque ipsum Caesarem ... praesentem ⟨*e*⟩ adesse existimarent, dat signum proelii: VII 62, 2; itaque suos cohortatus, quos integros superauissent, ut uictos contemnerent, plenus spei bonae ... aduersus eos ⟨*e*⟩ proficiscitur: 2, 5, 2; Pompeius ... Scipionis milites cohortatur, ut parta iam uictoria praedae ac praemiorum uelint esse participes: 3, 82, 1; Caesar ... milites cohortatus est, ut beneficio fortunae uterentur castraque oppugnarent: 3, 95, 1; ¶ ille cum Cotta saucio communicat, si uideatur, pugna ut excedant et cum Ambiorige una conloquantur: V 36, 3; ¶ tum suo more ⟨sine mora *Hartz*; *del. RSchn.*⟩ conclamauerunt, uti ⟨ut β⟩ aliqui ex nostris ad conloquium prodiret: V 26, 4; ¶ re impetrata contendunt, ut ipsis summa imperii tradatur: VII 63, 5; ¶ (qui decimae legionis aquilam ferebat obtestatus ⟨obtestatur β; contestatus α; *edd.*⟩ deos, ut ea res legioni feliciter eueniret, Desilite, inquit: IV 25, 3;) ¶ denuntiare *u.* **denuntio B.** *p. 861 (3 loc.)*; ¶ edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, ut ⟨*om.*

Digitized by Google

*Nl*¹⟩ producat ⟨*Nz*; producatur *O*; *Np.*, *Dt.*⟩: 1,76,4; ¶ ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quae pridie sibi ⟨*c*⟩ confirmassent, sequi sese iubet: 2,34,5; ¶ latum ab X tribunis plebis contra dicentibus inimicis, Catone ⟨*c*⟩ uero . . . dicendi mora dies extrahente ⟨*c*⟩, ut sui ratio absentis haberetur: 1,32,3; ¶ hortari *u.* **hortor 1. B. a)** α) *p. 1516 et* **b)** β) ββ) *p. 1517 (9+12 loc.)*; ¶ imperare *u.* **impero 1. A. b)** β) αα) *et* ββ) *p. 74 sq. (15 loc.)*; ¶ (instigare: 3,25,3 *u.* castigare;) ¶ missas legationes ab ⟨*c*⟩ non nullis ciuitatibus ad Germanos inuitatosque eos, uti ab Rheno discederent: IV 6,3; ¶ mandare *u.* **mando A. b)** *p. 537 (5 loc.)*; ¶ praemetuens suis ad T. Sextium legatum . . . misit, ut cohortes . . . celeriter educeret et sub infimo colle . . . constitueret, ut, si . . . uidisset, . . . terreret: VII 49,1; statimque in Siciliam misit, uti duae legiones reliquusque equitatus ad se mitteretur: 2,37,4; ¶ monere *u.* **moneo D.** *p. 632 (9 loc.)*; ¶ obsecrare *u.* **obsecro C. a)** *et* **b)** *p. 866 (5 loc.)*; ¶ obtestari *u.* **obtestor B.** *p. 872 sq. (5 loc.)*; ¶ orare *u.* **oro B. a)** *et* **b)** *p. 968 sq. (10 loc.)*; ¶ petere *u.* **peto** *p. 1083 sq.* δ) *(18 (20) loc.)*; ¶ (poscere: V 6,6 *u.* β) ius iurandum;) ¶ postulare *u.* **postulo** *p. 1152 sq.* **A. a)** γ) ββ) *(9 loc.)*; ¶ Pompeius suis praedixerat, ut ⟨ne *Nhl*; neu *O*⟩ Caesaris impetum exciperent neue ⟨neque *hl*⟩ se loco mouerent aciemque eius distrahi paterentur: 3,92,1; ¶ iusserunt pronuntiari ⟨*c*⟩, ut impedimenta relinquerent atque in orbem consisterent: V 33,3; Ambiorix pronuntiari iubet, ut procul tela coiciant neu ⟨ne *hl*; nec *a*⟩ propius accedant et quam ⟨*o*⟩ in partem Romani impetum fecerint cedant: V 34,3; ¶ de reliquis rebus ad senatum refertur: tota Italia dilectus habeatur; Faustus Sulla propere in Mauretaniam mittatur; pecunia uti ex aerario Pompeio detur: 1,6,3; refertur etiam de rege Iuba, ut socius sit atque amicus: 1,6,4; ¶ rogare *u.* **rogo B. c)** α) *et* β) *p. 1752 (3 loc.)*; ¶ Labieno scribit, ut quam plurimas possit ⟨β; posset α; *edd.*⟩ iis legionibus, quae *sint apud eum, naues instituat: V 11,4; ¶ (quid irati grauius † de uobis sentire ⟨grauius uobis censere *Paul, qui nunc mauult* gr. de uobis sancire⟩ possunt, quam ut eos prodatis, qui se uobis omnia debere iudicant, in eorum potestatem ueniatis, qui se per uos perisse existimant? 2,32,4;) ¶ et uoce et manibus uniuersi ex uallo, ubi constiterant, significare coeperunt, ut statim dimitterentur: 1,86,2; ¶ reliquasque ciuitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a maioribus acceperint ⟨*c*⟩, permanere quam Romanorum seruitutem perferre malint ⟨β; mallent α; *edd.*⟩: III 8,4; ¶ (tum cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis persuadet ⟨suadet β⟩, uti ⟨ut *Q*⟩ ad Ciceronem epistulam deferat: V 48,3.)

ββ) constituendi: consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium, quae essent ibi in praesidio, ut Gallonium ex oppido expellerent, urbem insulamque Caesari seruarent: 2,20,2; ¶ sententiis dictis constituunt, ut qui ⟨*c*⟩ ualetudine aut aetate inutiles sint ⟨*c*⟩ bello oppido excedant atque omnia prius experiantur ⟨expediantur α⟩ quam ad ⟨*c*⟩ Critognati sententiam ⟨*c*⟩ descendant ⟨*Aldus*; descidant β; discedant α⟩; illo tamen ⟨*c*⟩ potius utendum consilio . . . quam . . . pacis subeundam condicionem: VII 78,1(2); cum . . . creditae pecuniae (non) soluerentur, constituit, ut arbitri darentur: 3,1,2; ¶ quam ob rem placuit ei, ut ad Ariouistum legatos mitteret: I 34,1; placuit, ut ⟨uti β; *Schn.*⟩ Litauiccus decem illis milibus, quae Caesari ad bellum mitterentur, praeficeretur atque ea † ducenda curaret fratresque eius ad Caesarem praecurrerent: VII 37,7; ¶ ciuitates . . . habent legibus sanctum, si quis ⟨*c*⟩ quid . . . acceperit ⟨*c*⟩, uti ad magistratum deferat ⟨-rant β⟩ neue cum quo alio communicet ⟨-cent β⟩: VI 20,1; (2,32,4 *u.* αα) sentire;) ¶ statuunt, ut X milia ⟨*c*⟩ hominum delecta ex omnibus copiis ⟨*c*⟩ in oppidum mittantur ⟨submittantur β; *Schn.*⟩, nec . . . committendam censent: VII 21,2.

γγ) nitendi, studendi: neque nunc id (se) agere, ut ab illis abductum exercitum teneat ipse, . . . sed ne illi habeant, quo contra se uti possint: 1,85,11; ¶ neque iam ut aliquid adquireret proelioque hostes lacesseret, sed ut ⟨*om. l*⟩ incolumem exercitum Agedincum reduceret ⟨-re *hl*⟩ cogitabat: VII 59,4; ¶ non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enuntiarentur quam uti ea, quae uellent, impetrarent: I 31,2; aestus commutationem secutus remis contendit, ut eam partem insulae caperet, qua optimum esse egressum . . . cognouerat: V 8,3; ¶ si, ut ⟨*3 Lagom.*; *om. rell.*⟩ cogitata praeclare eloqui possent non nulli studio et usu elaborauerunt: *ap. Cic. Brut.* 253; ¶ laborare: I 31,2 *u.* contendere; nec minus quam est pollicitus Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas

Digitized by Google

ciuitates adiungeret: VII 31, 1; ¶ in occupandis praesidiis magna ui uterque nitebatur ⟨*N*; uidebatur *x*; utebatur *O*⟩: Caesar, ut quam angustissime Pompeium contineret, Pompeius, ut quam plurimos colles quam maximo circuitu occuparet: 3, 45, 1; ¶ circumuallare Pompeium instituit haec spectans ⟨*Steph.*; expectans *x*⟩, quod . . . Pompeius multitudine equitum ualebat, quo minore periculo undique frumentum . . . supportare posset, simul, uti pabulatione Pompeium prohiberet equitatumque eius ad rem gerendam inutilem efficeret, tertio, ut auctoritatem, qua ille . . . niti ⟨uti *NO*⟩ uidebatur, minueret: 3, 43, 2—4; hanc sibi commodissimam belli rationem iudicauit, uti . . . semper . . esset in itineribus, haec ⟨hoc *V*.⟩ spectans ⟨*Steph.*; sperans *x*⟩, ut mouendis castris pluribusque adeundis locis commodiore re frumentaria ⟨*o*⟩ uteretur, simulque in itinere ut aliquam occasionem dimicandi nancisceretur et insolitum ad laborem Pompei exercitum cotidianis itineribus defatigaret: 3, 85, 2; ¶ omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione et ⟨*c*⟩ commeatu Romani prohibeantur ⟨-berentur β⟩: VII 14, 2.

δδ) **exspectandi**: neque exspectant, quod superioribus annis acciderat, ut de eorum imperio ad populum feratur: 1, 6, 6; (3, 43, 2—4 *u.* γγ) spectare.)

εε) **timendi**: non se hostem uereri, sed . . . magnitudinem siluarum . . . aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant: I 39, 6; ¶ (Labienus . . . ueritus, ne, ⟨*om.* β; *Np.*⟩ si ⟨β; *om.* α⟩ ex hibernis fugae similem profectionem feciasset, ⟨ut *add.* α; *Np.*; *om.* β⟩ hostium impetum sustinere non ⟨*om. Np.*⟩ posset: V 47, 4.)

ζζ) **committendi, permittendi**: committere *u.* **committo** *p. 610* c) *(4 loc.)*; ¶ Boios petentibus Haeduis, quod egregia uirtute erant cogniti, ut in finibus suis conlocarent concessit: I 28, 5; non prius . . . duces . . . dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant ⟨ut copiam faciant β⟩ et ad castra contendant: III 18, 7; ¶ neque suam neque populi Romani consuetudinem pati, uti optime meritos ⟨*c*⟩ socios desereret: I 45, 1; neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum praesertim fugientem atque impeditam adoriri non audeant: VI 8, 1; ¶ obsides . . . redderet Sequanisque permitteret, ut quos illi haberent uoluntate eius reddere illis liceret: I 35, 3; huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti in his locis legionem hiemandi causa conlocaret: III 1, 3.

ηη) **impellendi, impetrandi, persuadendi**: unum se esse . . ., qui adduci non potuerit, ut iuraret aut liberos suos obsides daret: I 31, 8; ¶ Allobrogibus sese uel persuasuros . . . existimabant uel ui coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur: I 6, 3; ¶ cum uideret Germanos tam facile impelli, ut ⟨quod β⟩ in Galliam uenirent: IV 16, 1; impellit alios auaritia, alios iracundia et temeritas, quae . . . est innata, ut leuem auditionem habeant ⟨habent *BM*⟩ pro re comperta: VII 42, 2; ¶ impetrare *u.* **impetro** *p. 78* d) *(6(7) loc.)*; ¶ persuadere *u.* **persuadeo** A. a) γ) αα) — γγ) *p. 1070 sq. (13 loc.)*.

θθ) **efficiendi**: Caesar omnibus consiliis anteuertendum existimauit, ut Narbonem ⟨*c*⟩ proficisceretur: VII 7, 3; ¶ efficere *u.* **efficio** *p. 996* c) *(8 loc.)*; ¶ facere, fieri *u.* **facio** *p. 1264 sq.* c) α) αα) *et* β) *(15 loc.)*; ¶ neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent clamoremque uniuersi tollerent: 3, 92, 3; ¶ obsidesque uti inter sese ⟨*c*⟩ dent perficit ⟨*AQ*; perfecit *MC*β⟩: Sequani, ne itinere Heluetios prohibeant, Helueti, ut sine maleficio . . . transeant: I 9, 4; quibus rebus perfectum est, ut altissimis fluminibus atque impeditissimis itineribus nullum acciperet incommodum: 3, 77, 2.

β) **ex subst.**: hostes . . . in foro . . . constiterunt, hoc animo, ut, si qua ex parte obuiam [contra] ueniretur, acie instructa depugnarent: VII 28, 1; ¶ eius rei multas adferunt causas: ne ⟨quod neque β⟩ . . . commutent, ne . . . expellant, ne . . . aedificent, ne qua ⟨*c*⟩ oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones . . . nascuntur; ut animi aequitate plebem contineant: VI 22, (3.)4; neque nunc ut memoriae prodantur ⟨*N*; -datur *x*⟩ satis causae putamus: 3, 17, 1; causa autem obsidionis haec fere esse consueuit ⟨-erat *Paul*⟩, ut frumento hostes prohiberent: 3, 47, 3; ¶ propterea quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Helueti reliquissent, uti toti Galliae bellum inferrent imperioque potirentur locumque domicilio ex magna copia deligerent, quem . . . fructuosissimum iudicassent, reliquasque ciuitates stipendiarias haberent: I 30, 3; milibus passuum duobus ultra eum castra fecit eo consilio, uti frumento commeatuque, qui ⟨*c*⟩ ex . . . Haeduis supportaretur, Caesarem intercluderet: I 48, 2; partem . . . traducere conati sunt eo consilio, ut, si possent, castellum . . . expugnarent pontemque interscinderent, si minus potuissent, agros Remorum popularentur . . . commeatuque nostros prohiberent: II 9, 4.5; castra

Digitized by Google

